34.40.13

PAVLI PRINCIPIS DE LA SCALA ET HVN, MARCHIONIS VERONAE, &c. DOMINI CREVTZBVRGI BORVSSIAE, Pro Ecclesia Rhomana eiusq; autoritate atq; religione, aduersus Vesaniam Neopistorum, iuxta artificium Alphabetarię reuolutionis,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ORATIO.

Quam olim coram Pont. Opt. Max. eiusdemq; Senatu atq; Cardinaliū Collegio amplissimo, nec non vniuerso cœtu antistitum suspiciendissimo Rhomæ, in ipsa legatione, si per aduersariorum fraudes licuisset, recitare debebat, & nuper adiecta caussa fraudis, in modum supplicis libelli sua sanctitati transmisit: quare Illustrissimus Princeps Albertus senior, Marchio Brandenburgensis, primus dux Borussiæ, hæresi Neopistica per annos quadraginta intricatus, se extricauit, & ad Rhomanæ ac Catholicæ Ecclesiæ doctrinam & obedientiā rediyt: qua deniq;, ea qua decet orationem breuitate, validissimè vniuersa illorum doctrina confutatur ac diluitur, & funditùs euertitur atq; corruit.



VM multa diuinitus, Pont. Opt. Max. collegium Cardinalium, & senatus amplissime, à maioribus nostris inuenta, atque instituta sunt, tum nihil præclarius, quàm quòd Pontificem, amplissimumq; collegium Rhomanum, & religioni Dei immortalis, & summæ Reip. præesse voluerint: vt Cæsar Remp. benè gerendo, Pontifices religionē sapienter interpretando Remp. conseruarent. Quòd si vllo tempore magna causa in sacerdotum Ecclesiæ Rhomanæ iudicio ac potestate versata est, hæc profectò tanta est, vt omnis Reip. dignitas, omnium Christianorum salus, vita, libertas, aræ, foci, penates, bona, fortunæ, domicilia, vestræ sapientiæ, fidei, potestatiq; commissa, creditaq; esse videatur. Vobis tandem, posteaquam satis hactenus omnibus meis scriptis ostenderim, tum rationes periculi, tam Ecclesiæ quàm Imperij Rhomani, tū immanissimi Neopistorum sceleris atrocitatem, constituendum est, vtrùm posthac amenteis ac perditos magistratus improborum ac sceleratorum hominum præsidio nudare, an etiam Dei immortalis religione armare malitis. Nam si illa labes, ac flamma Reip. Christianæ, suum illum pestiferum & funestum ducem Lutherum, Caluinū, & reliquas id genus illecebras Neopistorum, quas æquitate humana tueri non potest, diuina religione etiam in Sarmatia & alijs Catholicorum illibatis adhuc locis defendere porrexerit, aliæ Ceremoniæ nobis erunt, alij antistites Dei immortalis, alij interpretes religionis requirendi. Sin autē vestra

Officiū Pont. & Cæsaris.

Potestas Ecclesiæ Rhomanæ.

Quid in Ecclesia hodie statuendum.

stra autoritate sapientiaq;, eà quæ furore improborum in Repub. Christiana ab alijs oppressa, ab alijs deserta, ab alijs prodita, gesta sunt, rescinduntur: erit caussa cur consilium maiorum in amplissimis viris ad sacerdotia el gendis, iure ac meritò laudare possimus. Sed quoniam illi demẽtes, eò vsq; dementię & vesanię venerũt, vt & ecclesiã Rhomanã, & eius autoritatem non tantum vituperare, verumetiam summa vesania è medio tollere passim contendant. id quod iam apud multos populos, multaq; regna obtinuerunt, & vos vestramq; autoritatem planè labefactarunt, atq; ex visceribus eorũ, qui vos vnicè obseruarunt, propulsare & funditus delere non dubitarunt: omittam ordinem dicendi vsitatum, respondebo hominum furiosorum non orationi, quã illi vti non possunt: sed conuitio, cuius exercitationem intollerabili petulantia, tum etiam diuturna impunitate muniuerunt. Ac primũ illud ab hominibus vesanis ac furiosis requiro, quæ ipsos tanta pœna suorũ scelerum flagitiorumqúe vexet, vt sanctissimos viros & columnas Ecclesiæ Polycarpum, Irenæum, Cyprianum, Ambrosium, Augustinum, Hieronymum, Chrysostomum, & id genus alios propè infinitos, qui non solum doctrina & consilijs suis, sed etiam specie ipsa dignitatem Ecclesiæ sustinuerunt, quòd ego in tuenda Ecclesia eiusque autoritate salutem eorum qui illos imitantur, cum honore Catholico coniunxerim, mihi refragari, & aliud de summa hoc tempore religione sentire, ac ego sentiam arbitrentur? Fuit olim Ecclesia Rhomana, inquiunt, apud Pontifices superior: sed etiam quoniam se à sanctissimis moribus, & Christi legibus atque salutari doctrina, ad profanas & aniles fabulas, atque luxum huius seculi contulit, sit inferior, sit nulla necesse est. Itáne verò? Quod in imperita multitudine est vitiosissimum, varietas, & inconstantia, & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio, hoc illi ad vos transferent, quos ab inconstantia grauitas, à libidinosa sententia certum & definitum ius religionis, vetustas exemplorum, autoritas literarum monimentorumq; deterret? Túne ille, inquiunt, quo Ecclesia Rhomana carere non potuit? quem tantopere desiderauit? quo restituto, Ecclesię autoritatem restitutam putemus? Nõdum de mea sententia dico: impudentiæ primum respondebo tuæ, ô factio Neopistorum, ô Brutena coniuratio. Hunc igitur funesta Ecclesiæ pestis, hunc tu virum Catholicum ferro & armis, & exercitus terrore, & delegatorũ scelere, & audacissimorum hominũ minis, seruorũ delectu, obsessione, direptioneq; templorum, occupatione fori, oppressione curiæ, domo & patria, ne cum improbis boni dimicarent, cedere coegisti? quem à principe, quem à senatu, quem à bonis omnibus, quem à cuncta Borussia desideratum, accersitum, euocatum Germania: quem ablegatum Reipub. Borussiacæ caussa, ipsa nosti, princeps confitetur, regia securitas corroborat? At enim in Borussiam venire, in Regiomõtam vrbem intrare, dum turbulento illo die vocarer, debebam? Ego verò venissem, si me vocari legitimè, si quocunque modo vocari

Vesania Neopistorũ quò dementiæ venerit.

Diluuntur conuitia Neopistorum.

Ecclesiã Rhomanam à primitiua non distare.

Impudentia Brutenorum respondetur.

cogno

cognouissem: licet turbulentũ tẽpus fuerit, cùm seruos tuos ad rapinã,
ad bonorũ cædem paratos cũ illa tua consceleratorũ manu armatos in
vrbẽ Regiomontam tecum venisse constabat. Quod cùm mihi nunciatũ
non sit, sed etiã me trecẽtis milliarib. in legatione absente omnia illa
incognita causa peracta, mirũ non est me non vocatũ non venisse, ac tibi
& gladiatoribus tuis instaurandæ cædis potestatem mea absentia permissam
fuisse. vt porrò cognoui non tam metu perculsus, quàm summo
desiderio animatus vltrò obtuli, quod tum optabas, & integro sexennio
hoc vnum imploro, vt mihi liceat vocationi tuæ morem gerere, &
causam meam coram rege proposita pœna capitis tueri. Quid facis? cur
taces, cur recursas? Adhúcne dubium erit, non me qui ad abluenda crimina
præstò sum, quin te potius, quæ locum defensionis negas, quæ
quæstionem fugitas, bona mea possides, in cæde atque ex cæde viuis,
criminis ream esse, tuamq́ue vesaniam memorabili supplicij tui animaduersione
sarciendam? Sarciendam vtique Pont. Opt. Max. & resarciendam,
cum non de salute mea modò, sed de Ecclesiæ incremento, deq́ue
eius & tua autoritate res agatur: eamq́ue ob causam ablegatum tanta temeritate
& tyrannide, in Ecclesiæ & tuum principisq́ue opprobrium spoliare,
& proscribere, atque omnib. insidijs appetere non reformidarint:
hostes tui, hostes omniũ templorũ, hostes deniq́ue vniuersę ecclesiæ Rhomanæ
& apostolicæ atque Catholicæ, qui omne tempus in Ecclesiã venire
turpe putant, qui oẽs Catholicos repudiant, & eos qui bene agunt
condemnant, qui, quod in Ecclesia tutò suũ venenum, suas portentosas opiniones,
spargere non posse videant, ab ea discesserunt, qui eos potissimùm
damnant, quorum lege perfectum est, ne indemnati atque optimè
de Republica Christiana meriti damnatorum pœnam sustinerent:
quorum etiam delicta propter eorum egregiam in bonos conseruando
voluntatem, non modò in me, sed omnes honestos ferre oporteret: eorum
optimum consilium isti, per eos in pristina dignitate seruati, aucti,
& cumulati, consilio suo repudiant & omnem Ecclesiæ autoritatem
prostituunt. At cuius rei autor principi extiti? quam sententiam
dixi? primùm eam quam populi sermo, quam vtilitas Reipubli. quam
Catholica religio in animo ipsius iam antea defixerat: deinde eam,
quæ erat multis seculis in senatu Catholicorum agitata: deinde eam,
quam senatus frequens, quam populus Catholicus hactenus semper
secutus est: vt neque allata sit à me res inopinata ac recens: nec si quod
in sententia vitium est, magis sit eius qui consuluerit, qui dixerit quàm
omniũ qui probarint. Nónne verò, inquis, tu solus, nobis omnibus inscijs,
cũ principe consultasti? vt quid ergo omniũ probationẽ citas? Non
vestram cito, nõ vos in testimoniũ adhibeo, sed id quod in medium adfero,
contra vos allatum esse existimetis. Nõ vos ij estis, quos dignos reputem
ad reddendam fidem: neque vos aptos ad consultationem fuisse
censeo, quos cõstat hostes Rhomanę Ecclesię esse. Idcirco vobis meritò
inscijs sententia dicta est. Quæ illa est sententia? Religionem Rho-

Bruteni criminis rei.

Causa legationis.

Sententia Scaligeri.

Cur solus Scaliger cũ principe consultauerit, ipsaque legatio Brutenos latu erit.

Consultationis sententia.

 manam

manam in Borußiam reducendam, & mos gerendus Ecclesiæ, sanctæ Catholicæ, vni, & Apostolicæ. Quasi verò huius Ecclesiæ mores & doctrinam non longè purius, & feruentius Borußia insequatur, quàm vniuersa Rhomana illa turba? Minimè verò. Sancta enim Ecclesia, non idcirco dicitur, quòd non sint in ea reiecti quoque & reprobi, sed quicunque sancti sunt, non nisi in Ecclesia hac sancti sunt: extra quam species sanctitatis esse potest, vera sanctitas esse non potest. Hæc ipsa deinde Ecclesia Catholica est, id est toto orbe diffusa, & à Deo in æternum fundata, qui dixit, Ego sum vobiscum vsque ad consummationem seculi. Hæc quoque Ecclesia vna est, in qua vnus Christus adoratur, vna regula veritatis obseruatur, denique multitudinis credentium est cor vnum, & anima vna: non concordia & vnitate, sed secundum naturam fidei, quæ vna est. Postremò est etiam apostolica, in qua & doctrina apostolorum, & legitima est episcoporum succeßio, à temporibus apostolorum, ad hæc vsque nostra deducta: doctrinam autem apostolorum docet esse Apostolus traditiones siue per sermonem, siue per epistolam. Cùm ergo Borußia neque sanctam Ecclesiam sed profanam, neque Catholicam sed singularem, neque vnam sed multas, neque apostolicam sed hæreticam colat, iniquúmne fuit consilium meum, vt Rhomanæ Ecclesiæ doctrina in Borußia instauraretur? vt autoritas illius reciperetur? Quæ te autem factio, quæ inquam te coniuratio dementia cœperat, vt de re ignota iudicium ferres? vt in ea re, quæ te prorsus fugiebat, & Cæsari, & Regi, & Cardinali Hosio, & vniuerso Senatui Polonico, id quod ad rem prorsus spectare non poterat, imò quod legationi meæ planè ex diametro repugnat, tanta temeritate obreptare non dubitares? Nónne vt persuaderetur Cæsari, me in eum finem ablegatum fuisse, vt neceßitudinem quæ intercedebat inter Cæsarem & regem Galliæ dirimerem sedulò egisti? At mihi ea de re ne gry quidem constitit. Imò si inuertisses sermonem, fortè diuinasses rei veritatem: eò enim ablegatus fui, vt Cæsarem & iuniorem Ducem Borußiæ necessariós redderem. Nónne, inquis, id ipsum à Gallo expetendum erat? Ita tu quidem sparsisti: sed nefariè. Aliud erat, ad quod Gallus sollicitabatur, quod te scire non decet. Ergo in regis Poloniæ, suique regni detrimentum id vergebat, quod me scire nolis. Ita tu putasti falsò, itáque regi scelleratè persuasisti: fuit tamen ea res è re summa & regis & regni Poloniæ, & Borußiæ, etiamsi tu eam ignores. Neque verò pax & tranquillitas Borußiæ Regi officere poterat. Quasi verò, inquis, tu pacis gratia in Gallias profectus fueris. Quid ergo sibi volebat illa societas Maileti, quem nouimus Sacramentarium esse? Quid quòd literæ scriptæ sunt ad Sacramentarios principes? Mailetus Comes mihi itineris fuit propter regem Galliæ, cuius legatione fungebatur. An verò tu regem Sacramentarium fuisse dices? Scripsit ad Sacramentarios quosdam literas, verum est: at scripsit etiam ad Catholicos, vt est dux Lotharingiæ, & vterque dux Montmerantius, pater scilicet & filius. Scripsit denique ad Pont. Opt. Max. Neque eius

Ecclesia cur sancta? *Catholica.* *Vna.* *Apostolica.* *Quid apostolorũ doctrina.* *Ratio instaurãdæ Ecclesiæ in Borußia.* *Brutenæ imposturæ.* *Cæsari impositum.* *Cæsaris commodum.* *Regi Pol. impositum.* *Regis vtilitas.*

rei tibi reddenda est ratio: reddetur ijs ad quos negocium spectat. Tu verò quid tibi hac tam diligenti inuestigatione velis, facilè conijcio, id videlicet, quo Cardinalem Hosium dementasti, me scilicet propterea in Gallias concessisse, vt nouis hæresibus, & tumultibus Borussiam turbarem. Quàm autem hæc falsa sint, ex ipsa sententia iam intellexisti. Fac verò planum, inquis, quod de Borussia negabas. Res ipsa quod aio loquitur: verbis opus non est. Quomodo enim Borussia Ecclesiam sanctã venerabitur, quæ ab omni sanctitate est derelicta? quæ omnem iustitiã & æquitatem summa vesania persequitur? quæ innocentes non tam opprimit, quàm expellit, & exterminat? quæ sontibus contra insontes patrocinatur? quæ in insontes crudelissimè in gratiã sontium debacchatur? quę denique ab omni humanitate & charitate quàm remotissima est? Cui verò dubium id esse potest, qui tristem illum diem, quem tanta crudelitate superioribus annis illa perbacchata est, nec cuius tyrannidis illam in hanc vsque horam vel pœniteat, vel pudeat, considerauerit? Ego certè ab abluendis criminibus tot annis arceor, & frustra iustitiã imploro. Quomodo item illa Ecclesiã Catholicam amplecti potest, quæ quod Catholicum est reijcit? quæ quod omnes sentiunt detestatur? & vni insano & vesano atque alteri homini adhæret? Quod enim scriptũ est à Tertulliano & Augustino in Affrica, idẽque visum fuit Hilario in Gallia, Ambrosio, Leoni, Gregorio in Italia, Ioanni Chrysostomo in Thracia, Theophylacto in Mœsia, Ioanni Ephrem, Ioanni Damasceno & Hieronymo in Syria, Basilio in Cappadocia, Origeni, Cyrillo, & Athanasio in Aegypto: & ij qui ad hæc vsque tempora nostra istos secuti sunt, in diuersis orbis regionibus commorati, idem & ipsi tãto locorum & seculorum interuallo disiuncti senserunt: hoc illa execratur. Dubitabimúsne adhuc illam, non hominum, sed Dei vocem, per membra sua loquentem, execrari? eamque iure merito tanquam ethnicam habẽdam? Cur putabimus errorem Simonis Magi de arbitrio hominis esse reijciendum, nisi quia hanc doctrinam non recipit Ecclesia Catholica, veluti quæ à Petro Apostolo legitur fuisse confutata? Cur Quintilianorum doctrinam reijcimus, qui omnes Christianos sacerdotes esse voluerunt, & ideo æquè mulierem, aut puerum vt sacerdotem absoluere? quia eam non recipit Ecclesia Catholica. Cur reijcimus illos qui fidem ab operibus seiungunt? quia illos non recipit Ecclesia Catholica, sed iam olim damnauit per Iacobum Apostolum, quod & Petrus innuit, & eandem ob causam Augustinus aduersus Eunomium scripsit. Cur errorẽ detestamur Eustatij, quo inuocatio & reliquiæ sanctorũ postputãtur? quia Ecclesia illum damnauit concilio Gangrensi. Cur Iouinianũ, Aërium, de delectu ciborum, & oratione pro defunctis perperã sentientẽ vitamus? Cur Felicem de eijciendis imaginibus detestamur? quia Ecclesia illos detestatur. Itaque dum Borussia ita singularis esse gaudet, & horum hæreticorum ijsque similiũ opinionem seruat, quis negauerit illam Catholicam non esse? Quomodo præterea illa vna esse potest, quæ in tot partes scinditur? An verò

Cardinali Hosio impositũ.

Borußia à sanctitate abhorret.

Borußia quod Catholicũ est detestatur.

Borußia vnitatem non admittit.

vlla hæresis est vna? Omnes certè in aliquot partes semper fuisse diuisas, memoriæ prodiderunt Ambrosius, Epiphanius, Ruffinus, Socrates, Theodoritus, Sozomenus, Nicephorus, Bernardus, &c. Videamus Neopistos: vnámne ipsorū Ecclesiam dicemus? Nónne Lutherani aliud sentiunt, aliud Zuingliani, aliud Anabaptistæ, aliud Schuēckfeldiani, aliud Picarditæ, aliud Adamitæ, aliud Thaboritæ, aliud Mennonistæ, aliud Franconistæ, & id genus diuersissimæ quæ hodie vigent sectæ? quæ omnes quodammodò, tanquam in sentinam, & aream quandam nefarij facinoris, in ipsam scilicet Borusiam, confluxerunt. Postremò quomodo hæc apostolica erit, quæ & doctrinæ apostolorum, & legitimæ successioni Apostolorum refragatur? Palàm certè Rhomanam Ecclesiam execratur, eiúsque potestatē non tā imminuit, quàm explosit: cùm tamen hæc sola sit residua apostolicarum ecclesiarum, & sola meritò apostolica dicatur: veluti in qua fidei Christianæ norma ab ipsis apostolis accepta semper illibata permansit. Nam cùm aliæ omnes Ecclesiæ, quibus apostoli præfuerunt, à fide defecerint, sola hæc sancta & apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, per omnipotentis Dei gratiam, à tramite apostolicæ prædicationis nunquam errasse, nec hæreticis nouitatibus deprauata succubuisse probatur. Defecit Hierosolymitana Ecclesia, cui præsedit Iacobus: defecit Achaia, vbi Andreas: defecit Asia, vbi Ioannes: defecit India, vbi Thomas: defecit Persia, vbi Iudas: defecit Aethiopia, vbi Matthæus: defecit Phrygia, vbi Philippus: defecit Græcia, vbi Paulus: sola fuit & est Ecclesia Rhomana, ad quam nunquam accessum potuit habere perfidia. Quocirca Theodoritus ad Rhenatum presbyterum inquit, Tenet sancta ista sedes gubernacula gerendarum cuncti orbis Ecclesiarum, cùm propter alia, tum quia semper hæretici fœtoris expers permansit, neq; vllus vnquam qui contraria sentiret in ea sedit, quin potiùs apostolicam gratiam inuiolatam custodiuit. Vnde Hieronymus Rhomanam fidem eandem esse vult catholicam, sicut veteris Ecclesiæ effigie prolixius declaraui. Quare etiam Augustinus non dubitauit, Ecclesiæ Rhomanæ autoritatem celebrare, veluti in qua, inquit, apostolicæ cathedræ semper viguerit principatus. Quam ergo vniuersus Christianus orbis, & ipsa perpetuitas, testatur sanctam, Catholicam, vnam, & apostolicam, hanc Borusia profanam, singularem, schismaticam, & pseudoapostolicam esse dicit? Profectò non potest non in eam crimen Rhomanæ Ecclesiæ falsò obiectum recidere: qua de causa ostensis argumentis, & adductis rationibus his, atque alijs, quas suis locis annotaui, perfeci apud Ducem, vt Rhomanæ Ecclesiæ, veluti sanctæ, Catholicæ, vnius, & apostolicæ, in Borusia instauraret doctrinam, & reciperet autoritatem. Miror, inquis, qui dicas Ecclesiam Rhomanam à tramite apostolicæ prædicationis nunquam errasse, neque vllum vnquam, qui contraria sentiret, aut nouitatibus hæreticis infectus fuisset, in ea sedisse? Nónne Marcellinus Papa sub Diocletiano idololatra fuit? Nónne Liberius Papa Arrianus? Nónne Ioannes

Borußia doctrinæ apostolicæ refragatur.

Rhomana Ecclesia sola apostolica.

AVTORITAS Rhomanæ Ecclesiæ.

Rationes, quibus Dux Borußiæ ad Ecclesiam Rhomanā rediit.

Obiectiones.

nes septimus Papa mulier erat? Nónne Hadrianus tertius Papa, anno Domini octingentesimo nonagesimo quinto, primus fuit, qui in initio Pontificatus sui, statim ad senatum populúmque retulerit, ne in creando Pontifice Imperatoris autoritas expectaretur? Multa huiuscemodi exempla, nisi prolixitatem vitarem, adferre possem. Quorsum hæc omnia? vt scilicet docerem in Ecclesia Rhomana sedisse, & idololatras, & hæreticos, & mulieres, & potestati resistentes, contra apostoli manifestam doctrinam. Quid de Pio secundo Papa dicam? Nónne is expresse ait, fuisse aliquas causas, cur vxores sacerdotibus ereptæ sint, sed ob graviores illis fore reddendas? Quid de Paulo tertio Papa, qui concilium Basiliense approbauit de communione vtriusque speciei? Nónne hæc hodie à Pontificibus negantur? Adhúcne dubium erit, Pontifices Rhomanos contraria sentire? imò contra institutum Christi, contra doctrinam apostolorum? Adhúcne obscurum erit, Rhomanam Ecclesiam ab apostolica doctrina defecisse? Videris aliquid dixisse, ô coniuratio, vrgere videris Neopiste: sed si rem penitius inspicias, vrgeris magis, quàm vrges. Non nego Marcellinum persecutione Diocletiani adactum Deos alienos adorauisse: non tamen quicquam in scriptura falsitatis admisit, quin potius conuocato concilio Sinuessæ vrbe Campaniæ pro inconstantia debitas sibi pœnas decerni petijt: à nemine verò damnatus fuit, cùm eodem ferè modo & Petrus Christum abnegasset, ac flendo peccati pœnam luisset. ipse nihilosecius reuersus ad Diocletianum, hominem increpauit, quod si impulerit Dijs gentium immolare: quamobrē martyrio coronatus est. Liberius tametsi cum Arrianis aliquandiu sentiret, & ipse tamen ad mentem saniorem redijt, nec quicquam in ecclesia mutauit. Ioannes mulier fuit, & quidem omnium consensu vnanimi in Pontificem delectus: non tamen quòd mulier esset, sed quia se virum mentita sit: neque hæc porrò quicquam in Ecclesia immutauit. Hadrianus non spreuit autoritatem Cæsaris, sed quoniam Constantinus magnus Pontifices omnes immunes pronunciauit, & statuit ne in eos Cæsares quicquam iuris haberent. veluti qui non ab hominibus, sed à Deo iudicari debeant. Cæterum hæc immunitas postea, & maximè à Iuliano apostata labefactata fuit, neque ante Hadrianum tertium recuperata. Itaque neque idololatra censendus est, qui quod coactus idolis præstitit, postea liberè martyrio suo vindicauit. neque hæreticus qui temerarius non est neque potestati resistens, qui ius suum defendit, aut ignoranter aliquid admittit. Quod porrò de sacramento Eucharistiæ, & matrimonio sacerdotum obijcis, nihil est: quando sollicita sancta mater ecclesia multa tolerat pro tempore, pro persona, intuitu pietatis, vel necessitatis siue vtilitatis, & pro euentu rei. Neque verò id diuersum esse potest à Mosis facto, qui contra præceptum Dei, propter duritiam cordis Iudaici, libellum repudij concessit; & ab Heliæ qui in monte Carmeli sacrificium contra præceptum Domini obtulit; & ab Ezechiæ qui secundo mense Pascha contra præceptum Domini celebrauit.

Diluuntur obiecta.

Licuit

Licui' Mosi apertum mandatum Dei itidem Heliæ & Ezechiæ infringere: & non licebit Ecclesiæ id statuere, quod Paulus de virginitate cõsulit, quod toties scriptura de altera sacraméti specie continet? Sed hac de re suo loco. Hinc certò satis cõstat illibatam semper fuisse & successionem & doctrinam apostolicam, in ecclesia Rhomana. Atenim, inquis, non damno veterem Rhomanam ecclesiam, quæ ex probatis autoribus constat: nouam hanc & apostatricé damno. Itáne verò nouam damnas? Ne ego quidem nisi veterem illam amplector, neq; vllam nisi veterem & vnam illam continua serie quæ ad nos manauit synceram ecclesiam Rhomanã noui: de noua nihil vnquam audiui. Quasi verò non videas in ea alios nunc esse dies, alios mores, etiam Bernardo affirmante. Nónne hæc sunt Hieronymi verba, in præfatione quam in lib. de Spiritu sancto Dyd. scripsit? Cùm, inquit, in Babylone versarer, & purpuratæ meretricis essem Colonus, & iure Quiritũ viuerem? Quid aliud sunt Quirites quàm Rhomani? Rhomam ergo Babylonem, & Pont. Max. purpuratam meretricem appellat. At in quo distat purpurata meretrix in Babylone, à Babylonica meretrice in Apocalypsi? Idemne erit primitiua ecclesia, & Babylonica meretrix? Quis iam non videt, etiam tempore Hieronymi ecclesiam Rhomanam, à Catholica & sancta, atq; apostolica defecisse? Siste verò gradum. Scimus vtiq; & bonos & malos, & triticum & zizaniam aliquando plus, aliquando minus, semper tamen in ecclesia visa esse. Nihil noui adfers. Lege epistolas Pauli: cur hic ecclesias ad quas scribit, toties reprehẽdit, & quoq; peccata nefaria palàm nominat, maximè ad Rhomanos, atq; detestatur? Nónne si veteris legis Synagogam inspicias, plures hypocritas in ea, quàm in ecclesia Rhomana cernere licebit? An propterea synagoga detestanda, cathedra Mosis euertenda erat? Christus ipse audiendam illam, opera autem mala illorum execranda esse censuit. Deinde apud Iobũ quod hypocritæ regnent, à Deo esse affirmatur. Idq; propter peccata populi. Ergo populo potius, quàm pontificibus mala tempora imputãda sunt. Videamus ex ordine omnes principes veteris instrumenti, paucos certè bonos deprehendemus: Contra in nouo testamento plurimos. Si ergo illa obseruari debẽt, & nequaquam propter malitiam præsidẽtium reijci, multo minus Rhomana, quam tot martyres suo sanguine roborarunt detestanda & reijciẽda est, quinimò amplectenda. Nónne Saul à Deo delectus, & prophetiæ spiritu decoratus voluntati diuinæ restitit? Nónne Dauid dictus est vir secundum cor Dei, & nihilominus adulteriũ homicidio copulauit? Nónne Salomon cui in principio regni Deus dederat sapientiam vltra mortales omnes, eo dementiæ perductus est, vt peregrinis simulacris immolaret? Quid cõmemorabo reliquos reges quorũ vix vnus fuit, qui Dei voluntati morem gessisset? Vnus Ezechias extitit, qui optimus censetur: sed etiam hic siue propter elationem, siue propter ægritudinem, ad mortem vsq; valetudinarius fuit: reliqui omnes aut idololatræ fuerunt, aut insigniter aduersus Deum peccarunt. Ex pon-

Obiectio. *Confutatio.* *Obiectio.* *Confutatio.* *Cur hypocritæ regeat?* *Synagogæ antistites pauci boni.*

pontificibus autem Synagogæ, hos inuenimus bonos, videlicet, Iesum, Ioachim, Elizaphat, Iudam, Iadum, Onyam, Simonem cog. iustũ, Simonem filium Oniæ, Oniam filium Simonis, Iudam Machabæum, Ionatham, Simonem, Ioãnem Hircanum: præterea neminem. In ecclesia autem Rhomana post Petrum & Paulum plurimos, vt Linus martyr, Cletus martyr, Clemens martyr, Anacletus martyr, Euaristus martyr, Alexander martyr, Sextus martyr, Thelesphorus martyr, Higinus confessor, Pius martyr, Anicetus martyr, Sother confessor, Eleutherius confessor, Victor martyr, Sepherinus cõfessor, Calixtus martyr, Põtianus martyr, Antherus martyr, Fabianus martyr, Cornelius martyr, Lucius martyr, Stephanus martyr, Sixtus martyr, Dionysius cõfessor, Felix martyr, Eutticianus martyr, Caius martyr, Marcellinus martyr quẽ tu allegasti. Hi cõtinua serie, & multi his similes in ecclesia Rhomana sederũt pontifices oẽs martyres, pauci confessores, imo iuxta Onuphriũ oẽs martyres, cum nullus eorũ sit, qui nõ varijs tormẽtis & periculis subiectus fuerit: cum tamẽ in veteri lege, nec pontifices, nec reges vlli fuerint martyres. Quod si Synagoga propter malitiam præsidentium non fuit mala, multo minus ecclesia Rhomana fugienda erit, in qua tot martyres sedisse constat: quo vel solo nomine, etiam si hodie quidam minus compositis moribus reperiãtur, suspicienda est. Cum etiam prauis, non tantum bonis, Petrus apostolus iubeat nos oportere subditos esse. An propterea apostolatus detestandus est, quod Iudas proditor extiterit? aut quia Petrus apostolorum princeps, qui fortem vsq; ad mortis societatem animum professus est, ter dominũ suum abiurauit? aut quod Paulus Christianos acerrimè insectatus est? Imò verò verbum Dei, ordo ipsius, ecclesię spiritus spectandus est: non personæ. Prophetauit Deus per Caipham, quia anni illius põtifex erat: cui autem dubium, Caipham hominem perditissimum fuisse? Non ideo Caiphas erat audiendus, quia Caiphas, sed quia Pontifex per quem Deus loquebatur. Quibus enim dat Deus ordinem, ijs etiam creditur infundere spiritum sanctum: atque in eiusmodi ordine, etiam idiotis sæpissimè reuelat Deus, quod multos eruditos celat. Quandoquidẽ ergo solius ecclesiæ Rhomanę continuus ordo extet, in quo tot martyres fulserunt, quis nisi demens illi refragabitur? Profectò si illi in Synagoga audiendi erant, quorum destructa erat successio, vt libro imaginum pontificum prolixius & vberius deduxi, multò magis hi sunt audiendi, quorum successio hucusq; mansit florẽs & integra, deniq; quorum ordo & sacerdotium est sempiternum. Præterea si illi in Deum peccarũt, quos Deus ipse voce sua delegit, quos sibi placere professus est, quos spiritu sancto, sapientiaq; summa dignatus est: mirũ non est si ij peccent, qui ita vocati, tot donis affecti nõ sint: Postremo cùm hanc vitam nemo viuat sine crimine, cum iustus septies cadat in die, cùm vsque adeò omnes mortales fragiles sint, vt Ioannes expressè dicat, qui se sine peccato esse asserat, ad veritatem non sit, non video cur tu factio, tu coniuratio, tuiq; similes crimine aliorum mouea

Rhomanæ ecclesiæ pontifices plurimi martyres.

Ordo retinet spiritũ sanctum.

Solius ecclesiæ Rhomanæ ordo extat.

mini, vosq; ab Ecclesia diuellatis, quando ipsimet peccato non careatis, aut interdum maioribus oneremini, quàm illi onerati sint, quos idcirco fugitis. Si ergo peccare eos facis, qui ab Ecclesia discesserunt, concede si non peccare, saltem minus peccare eos, qui in Ecclesia remanserunt: atque ita te tuamque turbam maximè peccasse, dum te non peccasse putas: Sed Hieronymum obiectas? Obijcias ergo quoque Petrum, qui prima sua epistola Rhomam quoque Babylonem appellat. Obijcias & Pharisæos purpuratos & deauratos in cathedra Mosis sedentes, quibus tamen Christus non esse resistendum docuit. Obijcias quoque Ioannem, qui inquit, Audistis quia antichristus venit: nunc antichristi multi facti sunt. En iam tempore Ioannis antichristus erat. An ideò sequitur illum antichristum, eundem quem Apocalypsis describit, fuisse? Ita licet Hieronymus illis verbis abusum pontificum, sicut & Ioannes hæreses notauit: non tamen hinc inferes aut antichristum Apocalypseos Ioannis tempore incepisse, veluti cui illationi ipsamet Apocalypsis repugnat, aut Babylonicam meretricem Hieronymi temporibus extitisse, veluti cui Apostolus refragatur: nec dum enim defectio venerat, quæ filium perditionis necessario præcedere debet. Duodecim erant Christo Discipuli à se electi, & tamen vnus illorum Iudas erat, filius perditus, proles Sathanæ. Si Christo elegenti duodenario numero se Sathan ingesfit, mirum non est, si idem se Ecclesiasticæ electionis numero longè ampliori ingerat. Sicut autem propter Iudam apostolatus contemnendus non veniebat, ita nec sedes Petri, propter vel malum pontificem, vel purpuratam vnam atque alteram meretricem, contemnenda venit. Tales enim facit Deum regnare, vt apud Iobum legitur, propter peccata populi: vt qui hos contemnit, Deum facientem eos regnare contemnat. Præterea Hieronymus per purpuratam meretricē non tantum abusus pontificum sicut & Bernardus intelligit, verum etiam schismata & hæreses sicut & Lirinensis notat, videlicet Arrianos à quibus ortum habuit schisma secundum inter Liberium & Felicem, ac deinde tertium inter Damasum & Vrsicinum, vt præsbyteri & clerici passim necarentur. Sed tandem quæro in ipsa sententia, quoniam princeps ego sum eius atque autor, quid reprehendatur? vtrum caussa capiendi noui consilij non fuit? an meæ partes in ea caussa non præcipuæ fuerunt? an alio potius confugiendum fuit? quæ res, quæ causa maior esse, quàm fames verbi Dei, syncerræ doctrinæ, bonorum morum, honestatis & pietatis, atque mutuæ dilectionis, quæ Borussia planè exterminata est: quæ ratio grauior quàm seditio, quàm consilia tua, tuorumque? qui facultate oblata ad imperitorum animos incitandos, renouaturum te tua illa funesta latrocinia, ob mei consilij odium, ob Ecclesiæ Rhomanæ obedientiam, ob Catholicæ religionis doctrinam putarunt. Verbum Dei in Borussia quid aliud est, quàm seditiosorū hominū prætextus? Boni mores partim nō habētur, partim in alias terras, credo, ppter cōfusū nobilitatis chaos, trans-

Purpurata meretrix quid denotet.

Ad sententiā redit.

Verbū Dei in Borussia quid sit.

translati sunt: honestas quo gratior est, tum, cùm in ipsa necessitate sub
uenitur, custodijs suis clausa cõtinetur: de pietate, de dilectione mutua, frustra ibi quæritur vbi nulla est. Res est non in opinione dubia, sed in præsentia atq; ante oculos proposito periculo: neq; id coniectura prospiciebamus, sed iam experti videbamus. Nam cùm ingrauesceret seditio, vt iam planè cædes & immanitas non spolia timerentur, concursus est ad principem factus, senatum illuc vocante Horstio & Schnellio Senatoribus. Qui si verus fuit, ex dolore ecclesiæ, & vesania tua, certè princeps causam suscipere, certè Senatus aliquid consilij capere potuit. Sin in causa fuit peruersa doctrina, mali mores, odium veritatis, seditionis quidem stimulator & concitator tu fuisti: nónne id agendum nobis omnibus fuit, vt materiem subtraheremus furori tuo? quid si vtrunq; fuit? & vt fames verbi Dei stimularet homines, & tu in hoc vlcere tanquã vnguis existeres? nónne fuit eo maior adhibẽda medicina, quæ & illud hæreticum, & hoc schismaticum malum sanare posset? Erãt igitur & p̃sentia spolia, & futuræ cædes atq; immanitas: inde furori facta potestas est: Si ex dolore nullo incitante, magnum malum: si ex Thruchsi impulsu, vsitatũ hominis facinorosi scelus: si vtrunq;, vt res esset ea, quæ sua sponte animos incitaret, & parati atque armati seditionis duces: videturne frustra ipsa Reipub. vtilitas, & principis auxilium implorasse, & senatus fidem? atqui vtrunque fuisse perspicuum est. Famẽ verbi Dei, summamq; cædem bonorum vt iam pij non spolia diuturna, sed & barbariem veterem, & vitæ discrimina timerent, nemo negat, qui iudicio nõ caret: cui tristissima illa tragœdia perspecta est. Hanc istam otij & pacis hostem, causam arreptam fuisse ad incendia, cædes, rapinas, nolo Pont. Opt. Max. senatus amplissime suspicemini, nisi videritis. Qui sunt homines à principe palam nominati, à quibus se de imperio deiectum, alios relegatos, alios trucidatos, me verò proscriptum quæstus est? Neopistorum vesaniam atque tyrannidem ac coniurationem Brutenam, & factionem Thruchsicam nominauit. Quæ est ista vesania, quæ ista tyrannis & coniuratio? quæ sine ferro ne nunc quidem istic est: quæ factione Brutena, nihil de me dicam: sed quæ & te Pontifex & vniuersum senatum tuum, vniuersumq; cœtum ecclesiæ Rhomanæ interficiendum depoposcit. Quæ est Truchsica factio? armiger coniurationis, stipator tyrannidis, signifer seditionis, cõcitator tabernariorũ, dãnatus iniuriarũ, percussor, fori depopulator, obsessor curiæ. His atq; huiusmodi ducib. cùm tu Brutena coniuratio, in religionem Rhomanã, in principẽ, in senatum, in bona fortunasq; nostras, per caussam inopum atq; factiosorum, repentinos impetus comparares: cùm tibi salus esse in otio nulla posset: cùm decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorũ, nónne quod præsentisceret, ante prouidendum principi fuit, ne in hanc tantam materiem seditionis ista funesta fax adhæresceret? Fuit igitur causa capiendi noui consilij. Videte nunc, fuerintne partes meæ præcipuæ. Quem tum factio illa tua ô coniuratio, quem Truchsica vesania, quem

Cur consilium ceperit princeps.

Tragœdia autores.

Propositũ coniurationis.

Factio.

Partes Scaligeri præcipua cæteræ pestes in tumultu illo in turba illa immani, in trucidatione crudelissima consiliariorum absentem nominabant? quem proscribendū censebant? quem tādem inaudita & incognita caussa in opprobrium & tuum pontifex. Opt. Max. & principis Catholici proscripserunt: nónne me? Quid tuæ illæ nugæ quibus me insimulas nescio cuius aurispongię? *Aurispongia.* Quasi verò ego aut fisco præfuissem, aut ærarium aliquod compressum tenuissem, aut in isto genere omnino quicquam aut curatione aut potestate valuissem. Sed Truchsica factio ad cædem imminens meum nomen operis edidit, imperitis iniecit: cùm de mea dignitate, & de istius *Cur Scaliger proscriptus.* iniuria princeps & senatus decreuisset, istámque idcirco damnasset, patria proscripsisset, atque exterminasset, subito coniuratio Brutena nec inopinata consecuta est. Erāt qui Deū immortalē (id quod ego sentio) numine suo fecisse dicerent, vt tum abessem, cùm spes otij & cōcordię, quotidiano seditionis timore, depulsa esset, & in belli metum commutata. *Absentia Scaligeri felix.* Abfui autem ita, vt si reditum pærstolati fuissent meum homines seditiosi, nunquam eo miseriarum et tyrannidis ventum fuisset: repressissent homines cōsceleratos Reipub. Christianæ, multę iam dictę sentētiæ, quæ idem dixerunt, quod princeps dixit: quamobrem tandem ille de imperio deiectus illæqúe turbæ excitatę fuerint, repressissent tuæ constitutiones Pont. Opt. Max. tua autoritas: Cæsaris animaduersio, principum imperij vigilantia repressisset. Videbant enim portenta illa scelerum id te fide, consilio, virtute autoritate, felicitate denique tua facillimè perfecturum. Itaque siue hunc Deus immortalis fructum mei reditus populo Borussiaco tribuet, vt quemadmodum discessu meo iniustitiæ administratio, fames verbi Dei, vastitas, cædes, incendia, rapinę, scelerum impunitas, fuga, formido, discordia fuisset: sic reditu meo iustitię *Reditus felicior.* administratio, verbi Dei Catholica prędicatio, spes otij, tranquillitas animorum, iudicia, leges, concordia populi, principis & senatus sui autoritas mecum simul reducta viderentur: siue egomet aliquid aduentu meo, consilio, autoritáte, diligentia, pro mea in Borussiam fide & propensione, præstare istic patriæ debui: præstiti, promisi, spopondi: nihil *Discrimen Borussiæ vnde.* dico amplius, hoc, quod satis est huic tempori dico, Borussiam religionis & iustitiæ nomine in id discrimen quo vocata est, non fuisse venturam, si consilijs meis paritum fuisset. Num igitur in hoc officio, quod fuit *Officium Scaligeri.* præcipuè meum sententia mea reprehēditur? Rem maximam eripuissem à peste summi periculi, à cæde, incendijs, vastitate. Nemo negabat, cùm ad caussam teterrimæ illius seditionis, nefariæque cōiurationis, accederit speculator ille communium miseriarū, qui semper in Reipub. malis sceleris sui faces inflammaret: negauit oportuisse quicquā quod ad pacem & tranquillitatem & ad catholicam fidem pertineret, decerni. Propterea tantò magis legatio mea hominibus ab omni religione & *Legatio quibus inuisa.* humanitate derelictis, inuisa, tantò mihi periculosior fuit. Quod quia illos legationis meæ fidei commissæ pœnituerit, illos quoque victoriæ principis & ecclesiæ catholicæ semper pœnitere necesse erat. Horum ego-

ego sententiam ne laudarim impeditus fui, tot pontificum Rhomano-
rum martyrijs, tot ecclesiæ Rhomanæ triumphis: quibus illa cum ab *Cur Scaliger*
infinitis propemodum hæreticis oppugnaretur, semper inuicta per- *restitit Brute-*
mansit, semper auxit nomen populi Rhomani, imperiúmque honesta- *nis.*
uit. Constantiam probari: qua mihi quoque vtendum est, in expug-
nandis huius tempestatis hæreticis Neopistis, in audacia nefaria extin- *Brutena constantia.*
guenda, in lege scelesta, quæ caussa incognita publicata quaque ecclesię
Rhomanæ religio scelere obligata est, repellenda. Quis obsecro non vi *Coniurationis*
det ô Coniuratio, te in tuum regnum bona, fortunas, patrocinium ad- *molimen.*
uersus Ecclesiam Rhomanam immisisse? Pontificem Rhomanum vi-
rum sanctissimum, prudentissimum, fortissimum, virtute, consilio, ra-
tione vitæ mirabili ad laudem, & propè singulari, hæresi tua oppugnas-
se? Vt quid ergo ad fidem Cardinalis Hosij, & Episcoporum Sarmatiæ *Fides Hosij.*
profugisti, eorúmque opera in exercenda tua vesania abusus fuisti quos
tantopere odisti? Quid illi ad te, qui negas esse pietatis, Ecclesiæ Rho-
manæ adhærere, eam tueri atque defendere? Atque in hoc solo inconstā- *Coniurationis*
tiam redarguo, tuam, qui in ipso Hosio, quem tu non pro illius dignitate *inconstantia.*
produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras: quem tuis Lutheris, Calui-
nis, Truchsijs, Costkis, cæterisqúe cædis & incendiorum ducibus, con
iunxeras: quem tu tamen antea, hominem antichristianum, carnificem *Quid Hosius*
bonorum, quem indemnatorum necis principem, quem crudelitatis *coniurationi.*
autorem fuisse dixeras, ad hunc honorem & patrocinium tuæ scelera-
tæ caussæ nominatim rogatione tua detulisti: & tanta fuisti intemperan
tia, vt illius tui sceleris rationem occultare non posses. Literas vt Hosi- *Literæ Hosij*
us pro tua vesania quam in Ecclesiam Rhomanam parasti, & tandem *quid effece-*
euomuisti, ad regem vt daret, effecisti, earúmque ope omnem illam cru *rint.*
delitatis tuæ pestem apud regem promouisti, Catholicos non tam Bo-
rusia remouisti, quàm trucidasti, & omnibus bonis potestatem ade- *Literas Hosij*
misti. Quas ille tibi literas nunquá dedisset, nisi tu illum artibus tuis & *cur dederit.*
technis atque illecebris senem credulum nimis, circũmuenisses: qua in
re certè consilium tuum de Hosij honore & existimatione, patefactum
est. Sed omitto Hosium, cuius eximia virtus, dignitas, & in eo negotio, *Laus Hosij.*
quod pro Rhomana Ecclesia in Sarmatia gessit fides & continentia te-
gere videntur improbitatem & propositi, & actionis tuæ. Quis tibi alias *Quæstio.*
nisi ad rem tuam optimum Cardinalē decepisses, post natas bestias, tur
pissimæ bestiæ, sceleratissimæ, contaminatissimæ, quis in opprobrium
ecclesiæ Rhomanæ, ex Catholicis adhæsisset? quis ad seditionem prō-
mouendam contra Catholicam fidem adfuisset quis ad deuastanda
& eripienda bona ecclesiæ patrocinium præstitisset? quis vt Borussiam
extra Catholicæ ecclesiæ mœnia transferres, vt eandem ad gremium ec *Responsio.*
clesiæ redire prohiberes autor fuisset? Quis verò? vt Lutherus, Cal-
uinus & his similes viri sanctissimi, religiosissimi, summa pietate at-
que humanitate præditi, homines prudentissimi simul atque doctissi-

mi, qui Rhomani scorti latebras & technas in promptu & percognitas habent. Quid? dicas potius homines teterrimi, Crudelissimi, omnium scelerum libidinúmque maculis notatissimi. Nonné hi nominatim populos Catholicos tyrannide quondam hæreticorum liberatos, vinctos & constrictos tibi tuique similibus tradiderunt? Nonné merces tui maleficij hæreticorum opinione depopulatæ prouinciæ Catholicæ sunt quarum ærarium cum illis partitus es? Nonné Catholicorum leges rescidistis? Nonné doctrinam non tam deprauastis, quàm plane expulistis? Nonné vos extra ecclesiam constituistis? separastis? Nonné eos, qui ad extrema Reip. Christianæ discrimina delecti & pro Christo martyrio affecti sunt, non tam reprehenditis, quam spernitis & reijcitis? Quid tandem? si tu, quæ in illis ecclesiæ tenebris, cæcisque nubibus & procellis, cùm Senatum Rhomanum, cùm principem Catholicum à gubernaculis deiecisses, populum è naui Noë exturbasses, ipsa bestia irretita omnibus flagitijs archipirata cum grege prædonum impurissimo plenissimis velis nauigasses: si quæ tu promulgasti, constituisti, promisisti, vendidisti perferre potuisses, qui locus Sarmatiæ vacuus, extraordinarijs fascibus, atque imperio Neopistorum fuisset? Sed excitatus aliquando optimi senis Ducis Borussiæ, nimium diu reconditus, & penitus abstrusus animi dolor, subuenit subitò, ciuitatem suam & prouinciam fractam malis, mutatã, debilitatam, abiectam metu, ad aliquam spem libertatis & pristinæ dignitatis erexit, suis edictis, suo sancto proposito, cuius gratia me ad te Opt. Max pontifex, & ad reliquos catholicæ religionis principes ablegauerat. Quid ad hæc factio Truchsica? Coniuratio Brutena? excitauit illa vicissim, quos obijceret optimo principis proposito, scilicet helluones spurcissimos, prægustatores libidinum suarum, homines egentissimos & facinorosissimos, socios sui sanguinis, qui sua lingua etiam amicissimos quosque & mei, & principis, abalienauit: omnem potestatem & priuatam & publicam lege sua tradidit, qua ex re primum incrementum seditio accepit, & inopia principis. im pendebant variæ hæreses, incendia, cædes, direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis; imò hæc omnia crudelissimè peracta sunt. Queritur etiam importuna pestis ex ore tuo impurissimo, quæ nõ dubitasti non modo indemnatos, sed ne accusatos quidem proscribere, ferre non legem, sed nefarium edictum, lugente principe, merentibus bonis omnibus, totius Europæ sententijs & precibus repudiatis oppressa captaque Repub. Borussiæ: mihi principe implorante, religione poscente, temporibus Reipub. Borussiacæ flagitantibus, non licuit per tuam vesaniam, tuas technas, tuas artes, tuas illecebras legationem absoluere: qua quidem in re, si principis Borussiæ sapientissimi senis dignitas aucta est, & coniuncta cum vtilitate communi, certè laudandus essem si eius dignitate suffragatus viderer, qui meæ saluti, qui vniuersæ Borussiæ & Sarmatiæ opem, & auxilium tulisset, & tamen effrenatæ libidinis quendam monachastrum & impudentissimum Poetastrum.

Confutatio.

Merces coniurationis.

Caussa ablegationis.

Caussa seditionis.

Scelus.

Pöëtastrum, trifurciferos nebulones aduersus me, tanquam hæreticum hæreticissima lues, prouocasti? Neminem latet te esse asylum omnium hæreticorum: me porro scripta mea ab hæresi abundè satis vindicant. Vter iam hæreticus, vter homo nefarius erit? Cui dubium, non me sed te aream hæreticorum, hæreticum esse. Agè verò inquis, fac palàm quod sim hæreticus: ego contrà ostendam neque me, neque, quos tu Neopistos vocas, hæreticos esse. quin si alteruter hæreticus est nostrum, tu potius, quàm ego aut mei similis, hæreticus es censendus. Eia verò Neopiste, conditionem accepto, pœna maior alterutri infligi non potest, quàm si hæreseos conuincatur. Facilè autem effecero saltem vno argumento vt Velis nolis, hæreticum te esse profitearis. Non potest eum non esse hæreticus, qui hæreticis contra Catholicos subscribit, qui hæreticorum opinioni insistit, qui hæreticorum profanam doctrinam tuetur. Obscurum autem non est te non Catholicis sed hæreticis, atque omnes Neopistos aduersus Catholicos niti. Quid ita? Nonné tu cum Neopistis asseris quoslibet cibos, quolibet etiam die, omnibus sine vllo discrimine esse licitos, quantumlibet per ecclesiasticas sanctiones fuerint prohibiti? Omnino. Nonné Iouinianum hæræticum fuisse admittis? vtique. At id Iouinianum sensisse testis est Augustinus, à quo quantum differas, idem affirmans, tute dispicito. Nonné Rhomanæ sedi obedientiam negas? at id fecerunt Hydroparastæ hæretici. Nonné concilia respuis? quod olim Luciferiani hæretici egerunt. Nonnè negas suffragia viuorum prodesse de mortuis, quod iam olim Saducæi & Aërij negarunt. Nonné quasdam scripturas, quæ tuo proposito ex professo refragantur, sicut & Hebionitæ rejcis? Nonné sanctorum patrum scripta, veluti humanarum traditionũ deliramenta, quemadmodum Abailarditæ contemnis? Nonné bonorum operum merita cum prædestinatis hæreticis negas? Nonné cum Appelle, Marco & Valentiniano sacrificium Eucharistiæ, oblationem & præsentiam corporis Christi inficiaris? Nonné vigilias cum Nyctagibus hæreticis rides? Nonné cum Vigilantio inuocationem sanctorum & reliquiarum reuerentiam negas? Neque enim quicquam est apud te quod hæreticorum autoritati non innitatur à Catholicis quàm remotissimum. Nihil dicam de sacramentarijs Marcitis, nihil de Anabaptistis Menandritis. Rem narras sanè mihi inauditam. Constatné autem hos hæreticos fuisse? lege Irenæum aduersus Valentinianos & similium hæreses Augustinum de hæresibus ad Quod vult Deũ, Epiphaniũ, Ruffinum, Hieronymum cõtra hæreticos Luciferianos, Pelagianos &c. Philastrum, Tertullianum, Guidonem, & Cathalogum hæreticorum, nulla difficultate vera me dicere deprehendes. Quid isti hæretici senserint ignoro: quid ego sentiam facilè defendam, modò audire voles. Quo scripturæ canonicæ loco quæso probabis eam ecclesiæ Rhomanæ autoritatem, de qua paulo ante tanta alacritate disseruisti? Autoritates enim sacræ scripturæ ad huius ... æ eminentiam nihil faciunt, quæ à quibusdam producuntur,

Asylum hæreticorum.

Conuincitur hæreseos Neopistus.

Neopistus quærit. Catholicus respondet.

De scriptura Canonica.

Ecclesiam

Ecclesiam Dei namque esse corpus Christi, esse sponsam CHRISTI, esse regnum cœlorum, & errare non posse, esse vnam & summam vnitatem in ecclesia Dei, neque ego, neque vllus nostrum vnquam negauit. Scimus etenim esse articulum fidei, vt credamus sanctam Ecclesiam Catholicam. An verò ecclesia Rhomana, sit illa Ecclesia Dei, Catholica, aueo intelligere. Si ecclesia Rhomana sola est ecclesia Catholica, eo quod illam Petrus & Paulus instituerunt, vbi ergo ecclesiæ à reliquis apostolis institutæ? an illæ ecclesiæ apostolicæ nō erunt? an verò Rhomana ecclesia idem erit quod & Græca, & Armena, & Thracica, Aegyptiaca, & Indica, & id genus aliæ? Quoniā rem cupis audire, & cognoscere libenter hunc laborem subibo, & quantum in me fuerit tuæ petitioni morem geram. Ac in primis quidem quod ad scripturam Canonicam attinet quam tantopere vrges, quasi quod manifesta scriptura probari non posſit, prorsus irritum esse debeat, quæro ex te, qua scriptura perpetuam virginitatem Mariæ probabis? quam idcirco Heluidius contra quem Hieronymus scripsit impugnauit: qua scriptura articulum fidei docebis, Descendit ad inferna? Si enim Ecclesiasticum alleges, Penetrabo omnes inferiores partes terræ, dicet proteruus penetrabit virtute non loco: quod illi cum multis Catholicis commune erit. Si illud ad Ephesios attuleris. Quod autem ascendit, quid est nisi quia et descendit primum in inferiores partes terræ: respōdebit pertinax, filium descendisse in vterum virginis, qui ascendit super omnes cœlos: in primis quod partes terrę sint inferiores cœlo. Qua scriptura ostendes Athanasij homousion? Annam matrem Mariæ? diem dominicam? An propterea Christus malè probauit contra Saduceos resurrectionem corporum, quod non attulerit clarum textum? Dictum est inquit, Deus Abraham, Deus Isaac, tamen saltem secundum animas & nō corpore viuebant. Frustráne apud Ioannem Christus dicit, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò: quum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Vnde satis apparet nō omnia esse scripta, quę ab ecclesia tradita firmiter credimus. Id namq; Apostolus voluit ad Thessal. inquiens, Fratres state & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Et ad Corinth. Quum, inquit, venero disponam. Et Ioannes plura, inquit, habens vobis scribere, nolui per chartam & atramentum, spero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui, vt gaudium vestrum plenum sit. Et, Multa habeo tibi scribere, sed nolui per atramentum & calamum scribere tibi. Spero autem protinus te videre & os ad os loquemur. Præterea quod Paulus in Act. Apost. ait, Meminisse nos oportet verbi Domini Iesu qui dixit, Beatius est dare quàm accipere, nullus Euangelistarum annotauit: nullus etiam exprefsit, quod Paulus de apparitione, plus quàm quingentis fratribus simul facta. Putásne verò scripturas vsq; adeò claras esse, vt tibi nullo interprete opus sit? Cur igitur Petrus queritur de difficultate quorundam locorum Pauli eosq; a[l-]

Scripturæ testimonio non omnia cōstāt: quæ credim⁹.

Difficultas scripturæ.

doctis, & instabilibus deprauari? Hieronymus ad Aglasiam, profitetur epistolam Pauli ad Rhomanos nimijs obscuritatibus inuolutam esse. Paulus ipse ad Corinthios ait, Quod si etiam opertum est Euangelium nostrum, in his qui pereunt est opertum. Nonnè te poterit diabolus oppugnare scriptura, qui non dubitauit Christum aggredi? Angelis, inquit suis mandauit de te &c. Huiusmodi truncatas & male detortas sententias facilè tibi ingeret, si tuo malueris ingenio insistere, quàm ecclesiæ traditioni & expositioni. Hinc est, quod sapiens ait, Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Et Iob, Interroga generationem pristinam, et diligenter inuestiga patrum memoriam, hesterni namque sumus & ignoramus, quoniam vmbra dies nostri super terrã, ipsi docebunt te & loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia: in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia, Et Psaltes, Quanta mandauit patribus nostris, nota ea facere filijs suis, vt cognoscat generatio altera. Satius ergo est, concilijs Catholicis & sanctis patribus inniti eorumque vestigijs insistere, quam nostro cerebro nimium indulgere. Sed iam venio ad eam rem quam proposuisti vt pote ad ecclesiam Rhomanam. Hæc enim non idcirco vniuersalis dicitur, quod Rhomæ saltem Christi fideles habitent, sed quia Rhomanorũ imperio, quod se ad vniuersum propemodum orbem tam in orientem, quàm in occidentem extendebat, omnes Christi fideles contineantur. Propterea episcopus Rhomanus Papa nominatur, id est pater patriæ & pater omnium populorum, qui Rhomano imperio cingitur. Iam porro etiam vniuersalis dicitur, quod sola sit residua ex omnibus apostolicis ecclesijs sicut supra retuli: sola expers perfidiæ hæreticorum, & ethnicorum, sola in hanc vsque horam constans in fide Apostolica permanserit. Deinde quod eam extruxerint duo lumina Apostolorum præcipua, Petrus & Paulus, quorum alter Iudęorum, alter gentium pręcipuus Apostolus extitit. Atqui Iudæorum & Gentium nomine vniuersus orbis designatur: proinde, etiam hoc inditio Rhomana ecclesia vniuersalis nuncupatur. Postremò quoque, quod scripta noui Testamenti excepto euangelio Matthæi & Ioannis huiusque & Iacobi atque Iudæ paucis scriptis Petri & Pauli omnia sint. Ioannes enim euangelium addidit, vt reliquorum euangelia tanquam dilectus Christi discipulus approbaret: & tandem reuelationem. Iacobus, quod Petrus innuere videtur, propter quosdam qui Pauli scripta peruertebant suam epistolam scripsit. Matthæus Hebræis Hebraicæ Euangelium tradidit. Fuitné Petrus vnquam Rhomæ? epistolam suam primam Rhomæ scripsit, quã figuratè Babylonẽ appellat, vt Eusebius testatur. Item Paulus ad Rhomanos scribens ait, Desidero videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis, ad confirmandos vos, scilicet Petri prædicatione fidem tenentes, vt Hieronymus supplet. Aliàs quid confirmaret, si antea non tenerent per aliquem prædicatam fidem? Quis autem alius Rhomæ prædicauit, nisi

Solius ecclesiæ est scripturã interpretari.

Rhomana ecclesia cur vniuersalis.

Vnde veniat nomen Papæ.

Petrus Rhomæ fuit.

Petrus, cum qua doctrina fidem suam Paulus conferret? Adhuc ne dubitabis Petrum Rhomæ fuisse? De autoritate & preeminentia ecclesiæ Rhomanæ audias Irenæum Polcarpi, qui Ioannem Euangelistam vidit & audiuit, discipulum, qui vixit anno Domini centesimo sexagesimo quarto ita loquentem. Sed quoniam, inquit, valde longum est, in hoc tali volumine omnium ecclesiarum enumerare successiones, maximæ & antiquissimæ, & omnibus cognitæ à gloriosissimis duobus Apostolis, Petro & Paulo Rhomæ fundatæ & constitutæ ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem, per successiones episcoporum preuenientem vsque ad nos, indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam præterquam oportet colligunt. Ad hanc enim ecclesiam propter potentiorem principalitatem, necesse est omnem conuenire ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab ijs qui sunt vndique, conseruata est, ea quæ est ab Apostolis traditio. Hæc ille, quo effici posse putamus, quod quæsiuisti: & præterea illud, quod præter Canonicam scripturam etiam traditiones Apostolicæ in ecclesia Rhomana certæ sint. Deinde Abbas Ioachim Propheticus vir super Esaiæ caput quartum, Repuli, inquit, tabernaculum Ioseph, & tribum Effraim non elegit: sed specialiter tribum Iuda, montem Sion quem dilexit, ad literam, in spiritu reprobatur Græcorum ecclesiam, & acceptatur sedes Rhomana: illa pro perfidia, hæc pro fide. Est vtique mons Syon eminentia Rhomani capituli, &cæ. quod totum Psalmo trigesimo Dauid exponit, dicens, Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum. Rhomanam ecclesiam idem capite sexto appellat solium Dauid, & templum Christi, non manu factum, sicut prædictum est Lucæ primo capite, Item capite secundo clarius, Mysticè, inquit, Rhomana ecclesia perfecta est cunctis ecclesijs, sicut tribus Iuda cæteris tribus Israëlis. Ipsa enim est, de qua Zacharias scribit, Ponam Ierusalem in lapidem oneris: venientibus contra eam gentibus vniuersis. Hactenus ille. Hinc satis constat, ecclesiam Rhomanam esse ipsam Ierusalem Christianorum, esse tribum Iuda Christianorum, esse solium Dauid Christianorum, esse montem Sion Christianorum. Hæc inquis figuratè detorquentur, literam vrgeo. Itané literam vrges? ergo vrgeas Iudam ipsam, qui literam solam, neglecto spiritu amplectuntur. Nisi spiritum admittas, quomodo vera erunt, quæ de Christo Prophetæ prædixerunt? Nonné illa omnia Iudæi ad Dauidem maximè referunt? Nonné admittis aliam esse terrestrem aliam Cælestem Hierusalem? alios carnales Israëlitas, alios spirituales? Sanè veteris testamenti litera si mysticè & spiritualiter intelligatur, quid aliud est, quàm nouum

Authoritas ecclesiæ Rhomanæ.

De litera & spiritu.

uum testamentum? Mira sunt quæ narras. Sed quæso edissere, si quidem dicis Rhomanam ecclesiam sese in Orientem & Occidentem extendere, cur ergo ecclesia ad paucos quosdam Episcopos refertur & cogitur? Minimè verò: sed congregantur omnes maiores natu Israel (Nos enim sumus spirituales Israelitæ) cum principibus tribunum, & duces familiarum filiorum Israel ad Regem Salomonem (qui hodie Pontificem Rhomanum refert) in Ierusalem: vt deferrent arcam fœderis Domini de ciuitate Dauid, id est de Sion. Si ergo in spiritu Sion Rhoma est, arca autem fœderis verbum Dei per Ecclesiam, quod à prædictis defertur, & constituitur, quod tandem vniuersus Israel sequi debeat, miror qui fiat, vt figuratum à figura apud te discrepet. Idem vtique voluit Iethro socer Mosis, cùm suaderet partiri Mosen in alios onus, & constitui principes populi, Tribunos, Centuriones, Quinquagenarios & Decanos, qui iudicarent plebem Domini, & non nisi quod grauius erat referrent ad Mosen, faciliora tantummodo iudicantes. Ita omnino in ecclesia Rhomana constituti sunt post Pontificem, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Præpositi, Abbates, Decani, Archidiaconi, &c. Neque mirum cùm Ecclesiæ Rhomanæ longè maior populus sit, quàm Mosi fuerit. Hinc ergo factum est vt crescente Ecclesia Rhomana Petrus assistentes sibi sacerdotes elegerit, atque diaconos hodie Cardinales presbyteros, Cardinales diaconos vocant: videlicet Linum, Cletum, & Clementem. Linus crescente ecclesia, decem presbyteros, & vndecim episcopos consecrauit, sic Cletus, sic Clemens, sic Anacletus, sic reliqui fecerunt. Euaristus primus titulos, id est, ecclesias cum plebibus in vrbe Rhoma presbyteris diuisit, septem diaconos instituit, qui Rhomanum Pontificem obseruarent. Marcellus aucto iam numero titulos vigintiquinque in vrbe constituit, vt baptismo & sepulturæ opportunè prospicerent. Tandem Nicænum Concilium in causa appellationis super depositione episcopi decreuit Papam committere causam episcopis vicinis, aut è latere suo presbyterum mittat. Ecce legatos à latere tempore Concilij Nicæni ante millesimum ducentesimos annos. Ita Syluester misit ad Concilium Arelatense Claudium & Habitum presbyteros, Eugenium & Quinatum, Diaconos Ecclesiæ Rhomanæ. Tempore martyrum solebant legatos appellare Apochrisarios, sicut sanctus Fabianus papa, & sanctus Zepherinus miserunt Apochrisarios suos in Orientem. Et sic reliqui ex ordine suos legatos ablegabant ad Concilia, ad Imperatores, Reges, Principes, &c. Hæc omnia exemplo Mosaico Huius Mosis præterea tanta fuit autoritas, vt etiam tempore exigente tabulas digito Dei scriptas confringere non dubitauerit etiam mandatum Dei mutare, vt fecit in libello repudij: & non licebit hoc Ecclesiæ, non præsidi ecclesiæ si videat

Concilium vniuersam Ecclesiam repræsentat.

De Cardinalibus.

Vnde tituli in Ecclesia.

Legati à latere.

Autoritas Pontificis Max.

expedire populo Dei? Quod autem congregationis quorundam episcoporum meministi, particularis Synodus non vniuersalis dicitur. Cõcilium autem vniuersale, nationale vocant: vt non videam quid restare posit quod obijcere posis: maximè cùm expresè Actuum Apostolicorum capite quindecimo Apostoli, & seniores fratres Ierosolymæ, soli super cessatione legalium definiuerint; quæ definitio totius ecclesiæ habita est. Cùm tamen non omnes vniuersalis ecclesiæ populi, sententiæ illi interfuerint: imò qui decernerent, postquam Barnabas & Paulus narrassent, quæ fecisset signa Deus & prodigia in Gentibus, nemo nisi Petrus & Iacobus tanquam seniores Apostolorum sententiam dixerunt, quæ tandem ab vniuersa ecclesia probata fuit. Quod tum fieri à paucis potuit, hodie à multis senioribus fieri posse inficiaberis? Quid est quod apud Matthæum præcipitur? Si te, inquit, nõ audierit dic Ecclesiæ, quòd si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Oportétne vniuersum orbem perambulare, vt præcepto huic satis fiat? Haud dubiè ecclesiam intelligit, apostolos id est apostolorum successores & seniores, cuiusmodi sunt Põtifices Rhomani, & senatus atque collegium Rhomanæ ecclesiæ. Nam Chrysostomus id exponit de ecclesiæ præsulibus, siue præsidentibus: Et Christus apostolis tanquã prælatis dedit potestatem ligandi. Fuit potestas sacerdoti legali, vt qui suo imperio obedire nollet ex decreto iudicis moreretur, & euangelici sacerdotis potestatem aut minorem, aut nullam esse putabis? An verò existimas ecclesiam esse occultam quandam & Mathematicam siue Metaphysicam Chimæram? quomodo ergo illa te quærentem audiet? quomodo discernet? quomodo decernet? Quid igitur est, quod Apostolus ait, Vos estis corpus Christi, & membra de mẽmbro? Sanè, velis nolis concilia, sedes Apostolica, episcopi & præpositi singularum ecclesiarum, ecclesiam referunt, ecclesia sunt. Alias Lucas frater Pauli non haberet laudem per oẽs ecclesiàs: neque diceret Dauid, Apud te laus mea in ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum. Potésne iam huic tam firmo argumento resistere? Possum, inquis, vtique. Profer sodes. Scriptum est, ais, in Deuter. Quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino: nec addas quicquã nec minuas. Item, Non facietis singuli quod sibi rectum videtur. Vnde in confesso est, id saltem faciendum esse, quod Deus præcipit, non quod rectum nobis videtur. Itáne verò: Cur igitur Moses non tantum minuit, sed etiam immutauit præceptũ Dei? Cur tabulas quibus præcepta Dei digito scripta continebantur confregit? Cur quod Deus nõ præceperat: præcepit filijs Leui, vt vnusquisque fratrem, & amicum & proximum suum occideret? qua cæde perierũt triginta tria millia hominum: pro quibus tamen apud Deum deprecatus fuerat. Neque verò hac ratione placauerat Dominum: qui postea nihilominus percusit populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron. Cur item constituit principes populi, tribunos, centuriones, quinquagenarios & decanos, qui iudicarent plebem.

Do-

Autoritas concilij.

Præsules Ecclesiæ designãt ecclesiã.

Obiectio.

Solutio.

Domini? quod non Deus præceperat, sed Iethro sacerdos tantum consu
luerat. Respondebis quod Christus respondit Mosen scilicet propter du
ritiam cordis Iudæorum permisisse, dimittere vxores suas, ab initio au-
tem non fuisse sic. Ergo inferam ego quoque propter aliquas causas licere
venire contra scripturã. Sed vt res dilucidior appareat, quæro ex te, Cur
eodem modo vituli aurei adoratio non excusatur? Hoc enim peccatum
in die vltionis visitauit Dominus? Nónne eadem Aaron vtitur excusa-
tione, qua Moses excusatur? Dicebat enim Moses ad Aaron, Quid tibi
fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum? Cui il-
le respondit, Ne indignetur Dominus meus: tu enim nosti, populum
istum quod pronus sit ad malum. Et Deus ad Mosen ait, Cerno quòd
populus iste duræ ceruicis sit, Dimitte me vt irascatur furor meus con-
tra eos, & deleam eos. Cæterum deprecatione Mosis placatus est Do-
minus ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum su-
um: quod nihilosecius peccatum tandem vltus est. Cur similiter vltus
non est libellum repudij? Eiusdem enim caussæ idem est effectus, & eius-
dem culpæ eadem pœna. Hinc nulla difficultate constat præceptum Dei
de non addendo & minuendo non se amplius extendere, quàm ad ido-
lolatriam vitandam. Neque enim illud caput Deuteronomij nisi de ido
lolatria fugienda potissimum agit. Addere ergo aut minuere Pontifici
Rhomano qui Mosis vices in veteri testamento, & Christi in nouo susti-
net, multoque magis ecclesiæ licet, videlicet pro tempore, pro persona, in-
tuitu pietatis, vel necessitatis, siue vtilitatis, & pro euentu rei. Non pla-
cet inquis, quia cùm Saul iussus occidere Amalecitas ad internecionem
vsque, reseruasset præ prædam & Agag regem, abiectus est à Deo propter
inobedientiam vbi idololatriæ nulla vel suspicio extitit. Cur ergo Neo
piste & Ionathas occidendus à patre ob mel degustatum, liberatus est
à populo, neque ideirco à Deo abiectus? Nónne & Saul Samueli re-
spondit, sicut Aaron Mosi? Peccaui, inquit, quia præuaricatus sum ser-
monem Domini, & verba tua, timens populum & obediens voci illo-
rum: pro quo licet intercederet Samuel, nihil tamen effecit. Quid itaque?
quoniam Saul pepercit idololatræ, consuluit auaritiæ, & suæ vtilitati.
Ionathas porrò necessitati ignorans succurrit, sicut postea & Dauid,
cùm de panibus propositionis comederet. Itaque melior est obedien-
tia quàm victima. quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugna-
re: & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Aliud ergo est ab-
ijcere sermonem Dei, aliud consulere tempori, & ecclesiæ. Ita Paulus
consilium dedit, propter imminentia tempora, de virginitate, non ta-
men abiecit iura matrimonij. Et ecclesia propter Nestoris hæresim al-
terius speciei interdixit communione, quod sæpius sacris in literis
factitatum legitur: non tamen vtramque speciem sustulit, cuius v-
sum in tremendo sacrificio reseruauit; qua de re suo loco plura.
Neque ideo sequitur ecclesiam abiecisse præceptum Dei: aut ido-

Propter certas causas licet venire contra scripturam.

Pontifici addere & minuere licet.

Obiectio.

Solutio.

Iolatriæ consuluisse: sicut nec Moses idololatriam cōmisit, quod instituisset libellum repudij, & alia paulò antè memorata, necessitatis & vtilitatis publicæ gratia. Imò verò inquis, verbum Domini nemini cedit, cui meritò Ecclesia obedire, eiusque præscriptio morem gerere & regi debet: quando autoritati Ecclesiæ, scriptura longè præponderet. Quænam scriptura? Marcolphinè an Aesopi? minimè verò: Canonicum puto. Rectè. Quid est Canonicum esse? quid canonizo Græcis aliud significat, quàm regulo, ad regulam examino, formo, artis præceptis astringo, ad regulam dirigo, metior, regula colligo, constituo? Cùm ergo scripturam Canonicam putes, à quo obsecro canonizatam, regulatam, examinatam, formatam, constitutam? Regula igitur qua examinatur scriptura, & constituitur, quæ est? Nónne Ecclesia. Quod si regula præcedit id quod regulatur: qui fit, quod scripturam præponderare Ecclesiæ affirmas? Vbi scriptura Euangelij fuit temporibus apostolorum? scripsitnè Christus librum Euangeliorum? præcepitnè Apostolis ad scribendum? Euntes, inquit, in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ, non dicit scribite. Quocirca lex scripta fuit in tabulis lapideis: Euangelium autem non nisi in cordibus. Quoniam inquit Apostolus, Epistola estis Christi, administrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Id prædixit Hieremias inquiens, Ecce dies veniunt dicit Dominus, & feriam domui Israël, & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris, & cætera. Sed hóc erit pactum quod feriam cum domo Israël, post dies illos dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in DEVM, & ipsi erunt mihi in populum. Hinc Hieronymus infert, Quid necesse est in manus sumere, quod Ecclesia non recipit? Fuit profectò Ecclesia, sanguine CHRISTI dedicata, cùm etiam Euangelica, epistolæ Apostolorum, non extarent, neque verò scriptura opus erat, cuius regula sustineretur Matthias in locum Iudæ: licet Petrus alleget ex libro Psalmorum locum, Fiat commoratio eius deserta: & non sit qui habitet in ea, & Episcopatum eius accipiat alter: quis tamen, hic alter esse debeat, non exprimit. Electus nihilominus fuit Matthias. ordinati septem Diaconi, sine vllo præcepto scripturæ. Qua scriptura quæso Petrus Ananiam & Saphiram morti tradidit? Cuius potius salutificare fuit, quàm interficere. Non id fecit Christi exemplo, qui tantum abest, vt quenquàm trucidarit, vt maluerit se ipsum pro trucidatoribus, trucidandum exponere. Sed fac, fuerit Euangelium, fuerint epistolæ, fuerint omnia necessaria Ecclesiæ literis mandata: Cur igitur Marci euangelio potiùs, qui Christum nō vidit quàm Nicodemi, qui & vidit

Obiectio.

Solutio.

Ecclesiæ autoritas & prior & potior quā scriptura.

vidit & audiuit Christum, aut cur Lucæ magisquàm Bartholomæi Apostoli, vtimur? imò horum Euangelia planè reijciuntur? Quia, inquis, Marci Euangelium ex ore Petri: Lucæ ex ore Pauli exceptum est. At ne Paulus quidem CHRISTVM vel vidit, vel audiuit, qui seipsum non nisi inter abortiuos numerat, scribens ad Corinthios, Nouissimè autem, inquit, tanquam abortiuo visus est & mihi, &c. scilicet post resurrectionem. An verò propterea reijciendus est Nicodemus, Bartholomæus, & aliud quoddam Hebræorum Euangelium (sicut Eusebius refert) quia non sit Petri, aut Pauli? Nihil minus, sed quia scripta illa non sunt Canonica, non sunt ab ecclesia recepta, non ad regulam ecclesiæ examinata respondeant. En manifestè apparet scripturam ideo valere, quia ab ecclesia recipiatur & probetur. Nunquid ergo scriptura Ecclesiam reget, quæ ab ecclesia regitur? Prudenter proinde Augustinus inquit, Euangelio non crederem, nisi autoritas ecclesiæ me commoneret, Et quæ Augustinum mouit, te non mouebit? Qua scriptura obsecro Sabbathi sanctificatio in Dominicam mutata est? Nónne CHRISTVS in monte ait se non venisse, vt solueret legem, sed vt potius adimpleret? Qua scriptura ergo Apostoli in Concilio Ierosolymis pronunciarunt super cessatione legalium? Nónne Matthæi vltimo docuit CHRISTVS baptizare, in nomine patris & filij, & spiritus sancti? Qua igitur scriptura Petrus id mutauit? inquiens, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine IESV CHRISTI, in remissionem peccatorum nostrorum. Hoc non ecclesia, sed solus Petrus princeps apostolorum, vicarius CHRISTI, mutauit, & ecclesia boni consuluit, nam ita & Philippus Samaritanos posteà & Paulus quosdam Ephesi discipulos Ioannis baptizarunt: & hanc potestatem successoribus Petri negabis? Caiphæ illegitimæ sedenti homini sceleratissimo non fuit negata potestas prophetandi, & tu illam summis pontificibus legitimè ex continua successione sedentibus negabis? Nónne ecclesia primitiua docuit abstinere ab immolatis simulacrorum, & sanguine & suffocato? qua scriptura ergo hodie Ecclesia & sanguine & suffocato vtitur? Ita nisi prorsus sis cæcus, nulla difficultate vides ecclesiæ Rhomanæ autoritatem, & Papam cum suo senatu Cardinalibus & Episcopis referre Ecclesiam & determinare posse omnia, eáque teneri vt omnes fideles in Ecclesia amplectantur. Quocirca satis mirari nequeo, qui fiat, vt id tibi non satisfaciat, quod olim omnibus Gentibus satisfaciebat. Concilium Ierosolymis erat, vt Apostoli & Seniores conuenirent, eiúsque Concilij forma, Visum est, inquit, Spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, &c. Cui tacitum absuit vt Gentes contradicerent, vt quærerent quod id autoritate, qua scriptura facitis? vt etiam obuijs vlnis, & summo gaudio Concilij decretum amplecterentur: non quæreban-

Petrus præceptum Christi immutauit.

De Concilijs.

rebantur, cur adimitis nobis libertatem à Christo datam? non obijciebant, quod Paulus suasu Iacobi cum multis millibus seruasset legem, quod Timotheum circumcidisset? Quid? Nónne in illo concilio citatur à Iacobo propheta Amos? citatur vtique in eum videlicet finem, ne inquietarentur ij, qui ex Gentibus conuerterentur ad Deum. Cæterum cũ prohiberent conuersos, vt abstinerent se à contaminationibus simulacrorum, suffocatis & sanguine, nulla vsi sunt scriptura: sufficiebat illorum autoritas: & hodie nisi cuiuis Cerdoni autoritas scripturæ ostendatur minus concilio creditur? quasi spiritus ille sanctus, qui omnem veritatem in Ecclesia docet, & qui nunquam ab Ecclesia discedit, prorsus abuolasset? Credidit ijs quæ Hierosolymis conclusa erant, Antiochia: & nos non credemus quæ Rhomæ concluduntur? Statuebantur quędã tum, quæ minus ad fidem spectabant, temporibus ita exigentibus: cur hodie necessitate vrgente idem non licebit? Si vnus est vbiq; Christus, vnus spiritus, vna fides, cur non vna conciliorum potestas? Quid dicam dę duodecim apostolis? hi soli in vnum conuenientes symbolum fidei confecerunt, qđ hodie per vniuersum orbem Christianum obseruatur: qđ Ambrosius non dubitauit clauẽ regni cœlorum nuncupare: & nos tot Episcopis simul conuenientibus minus credemus? Nónne Christus apud Matthæum expressè inquit, Dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quancunq; petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est. vbi enim sunt duo, vel tres cogregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum? Et tu tanto patrum cœtui nullã fidem adhibebis? Vbi quæso maior consensus quàm in concilijs? vbi in nomine Domini plus conuenitur, quam in concilijs œcumenicis? Hinc est, vt Augustinus ad Ianua. dicat, Illa quæ nõ scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto orbe terrarum obseruantur, datur intelligi, vel ab ipsis apostolis vel plenarijs concilijs (quorum est in ecclesia saluberrima autoritas) commendata atque statuta retineri: Vnde hæc, quia ita sint facienda, disputare, insolentissimæ insaniæ est. Ast, inquis, quid mihi concilia obiectas? homines scilicet, qui & fallunt & falluntur, cùm homo omnis sit mendax. Nónne concilium Carthaginense, octoginta Episcoporum cui præsedit, sanctus vir Cyprianus, in rebaptizandis hæreticis errauit? Nónne conciliũ Ariminense plenariũ. D C. Episcoporũ errauit cum Arrio? & Ephesinum secũdum cum Euticete, & Dioscoro? & Constantinopolitanum sub Constantino Imper. de tollendis imaginibus? Nónne etiam œcumenica concilia, varia determinarunt. Ita est vt ais. An verò Petrus, Paulus, & reliqui Apostoli, atque viri sancti, non æquè homines fuerunt, & aliam legem in carne, legi Dei aduersantem senserint? Nónne Paulus Petro in faciem restitit? An idcirco conciliũ ab eis celebrari nõ debebat? aut si celebratum est veritate caruerit? Nónne paulò antè intellexisti consensum duorum aut triũ in nomine Christi, Christum spiritu suo regere, quanto magis plurium? Concilium porrò Carthaginense obiectas? autoritatem diui Cypriani interponis? Et Cyprianum

Obiectio.

Solutio.

prianum virum sanctum fuisse concedo, & Concilium Cartaginense celebratum anno Domini CCLX. noui, in eoque concilio ab initio ab omnibus vnanimiter decretum ab hæreticis non conferri verum baptisma, sicut nec dari spiritum sanctum; nec veram remissionem peccatorum: eò quod Paulus ad Ephesios diceret vna fides, vnum baptisma. Cæterum ab omnibus illis vnanimiter decernentibus, Cornelius papa, sub quo illud concilium celebrabatur dissensit: sicut postea & vnus Athanasius contra Arrianorum conciliabula, videlicet Mediolanense iussu Constantij imperatoris Arriani ad euertendum se scilicet Athanasium celebratum. Antiochenum sub Cõstantino imp. Arriano nonaginta episcoporum habitum, quo ipse nimirum Athanasius sede sua episcopali quam in Alexandria tenuit eiectus est & exilio damnatus, egit, & illis propemodum solus restitit. Quocirca inter Cornelium & Cyprianum duos videlicet martyres viros sanctos magna fuerat contentio. Verùm antequam moreretur Cyprianus, venit in sententiam ecclesiæ Rhomanæ, videlicet non esse rebaptizandos hæreticos, sed sola manus impositione in gratiam recipiendos. Vbi id maximè elucescit, quod antea protuli, videlicet Deum ijs quibus dat ordinem etiam infundere spiritum sanctum: atque in eiusmodi ordine etiã idiotis, etiã impijs sæpissimè reuelat Deus quod multos eruditos, multos pios celat: patet id in Caipha, qui prophetauit, eò quia anni illius pontifex erat. Ita quoque hoc in concilio, licet aberrarit Cyprianus, licet cõcilium vniuersum à veritate discesserit, non tamen is errauit cui datus erat ordo, scilicet summus pontifex, cuius tandem opera Cyprianus ad saniorem mentem redijt. Magnam ergo etiam hinc esse papæ autoritatem quis ambiget? qui cuicunque concilio adfuerit, modo legitimè sedeat, legitimumque concilium sit, quamuis concilium labatur, veritas tamen summo pontifici retegitur. Atque ita spiritus sanctus nunquam à vero cõcilio abest: quantumuis viri sancti cùm homines sint humana quoque patiantur: alicubi errent, alicubi contraria, aut pugnantia scribant, nonnunquam à se ipsis dissentiant, in multis hallucinentur, sicut manifestum est de papa Hieropolitano Episcopo, de Victorino Pictauiensi, de Irenæo Lugdunensi, de Cypriano Carthaginensi, de Origene, de Tertulliano, & multis alijs quos cõstat in fide errasse, & opiniones illorum pro hæreticis damnatas, cùm tamen ipsi habeantur in Canone sanctorum: neque mirum cũ non omnes omnia videant. Solus enim spiritus sanctus plenariam diuinorum scientiam habet, qui distribuit omnibus secundum certam mẽsuram, multa sibi reseruans, vt semper nos habeat sibi discipulos: Omnes enim, vt ait Paulus, non nisi ex parte cognoscimus & prophetamus. Hic ergo spiritus sanctus nunquã ab ipso ordine recedit, & legitimo consensu. Secus autem fit, si de illegitimo, & impiorum atque malignantiũ concilio loquaris, quale fuit Ariminense, Ephesinum, & Constantinopolitanum, ab hæreticis coactum, & quibus hæretici præfuerunt. Vbi quantumuis nomen Domini inuocetur, Spiritus sanctus tamen abest,

Pontifices etiã mali habent Spiritũ sanctũ

Papæ autoritate

Obiecta diluuntur.

E quod

rare volet, in officio continentur, vt suprà exemplo Cornelij Papæ osten sum est. Quamobrem etiam tanta est autoritas Papæ, vt nulli principi, nulli magistratui, vel ipse vel suus clerus, sed Deo soli, cuius spiritu regitur, subijci debeat. Cognouerant id principes in Concilio octauo, actione quarta, qui cùm iussi fuissent interrogare, non se id facere sua velle potestate responderunt, sed humiliter confessi sunt eam potestatem pontificis maximi eiúsque Concilij esse. Idem & Basilius Imperator animaduertit, cùm vetuit ne quisquam se Ecclesiasticis causis immisceret, quod opus Pontificum saltem & Sacerdotum esset. De vobis autem Laicis, inquit, tam qui in dignitatibus, quàm qui absolute conuersamini, quid amplius dicam non habeo, quàm quod nullo modo nobis licet de Ecclesiasticis causis sermonem mouere, neque penitus resistere integritati Ecclesiæ, & vniuersali Synodo aduersari. Hæc enim inuestigare & quærere Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum est: qui regiminis officium sortiti sunt: qui sanctificandi, qui soluendi & ligandi potestatem habent: qui Ecclesiasticas & cælestes adepti sunt claues. Non nostrum qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, vel à ligamento solui egemus. Quantæcunque enim religionis & sapientiæ laicus existat, vel etiam si vniuersa virtute interius polleat, donec laicus est, ouis vocari non desinet. Hactenus ille. Ita & Valentinianus per Thraciam Rhomam properans, Heracliæ Præsuli Hispatiano petenti, vt emendationi dogmatis interesset, respondit sibi phas non esse talia perscrutari, sed Sacerdotum esse eam curam, vt apud semetipsos congregentur vbicunque voluerint. Hinc est quod Ambrosius non dubitauit ad Valentinianum contra Auxentium scribere, inquiens, Si scripturarum seriem diuinarum, vel veterum tempora retractemus, quis est qui abnuat in causa fidei, Episcopos solere de Christianis Imperatoribus, non Imperatores de Episcopis iudicare? Hinc etiam quòd Martianus Imperator in Calcedonensi Concilio dixit, se ad conseruandam fidem, & non ad potentiam ostentandam, exemplo gloriosissimi Principis Constantini Synodo interesse, vt inuenta veritate, non vltra multitudo prauis doctrinis attracta, discordaret. Item, Sunt, inquit, quædam certa capitula, quæ bonorum respectu, vestræ reseruamus sanctitati, congruum rati regulariter à vobis ista Synodali disponi consilio, potiùs quàm nostris legibus statui. Vnde manifestè immunitas Ecclesiarum constat. Qui fit verò, inquis, quod Papa cum suis Politicum vel Laicum iudicium fugiat, cùm tamen CHRISTVS ipse passus sit se iudicari à Pilato iudice Laico? Quia Imperatores, vt audiuisti, eam potestatem remiserunt, eáque se abdicarunt. Deinde egregiam rem moliris, vt omnes iudices Christiani sint Pilati. Hinc quoque primatus sedis Apostolicæ elucescit: quando Pontificem, etiam Concilio errante deprehendamus

De immunitate ecclesiastica.

Laicis non licet de rebus ecclesiæ sermonem habere.

Imperatores à Pontificibus iudicantur.

Obiectio.

Solutio.

non errare, sed Spiritu sancto pollere, prophetare, &c. vt in Cornelio supra ostendimus. Neque verò frustrà Dominus Iesus ait ad Petrum, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Verba clara sunt, non indigent expositione. Ita omnes patres, omnia concilia Christum locutum fuisse de primatu Petri testantur, puta Origenes, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Hilarius, Cyrillus, Leo, Gregorius, concilium Calcedonense, &c. & eandem potestatem confirmasse post resurrectionem, cùm ait, Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei. Etiam Domine tu scis quia amo te, dicit ei, Pasce agnos meos, quod tertio quoque repetijt, Pasce oues meas. Item, Simon, ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Vnde manifestè constat præcipuum fuisse Petrum apostolorum, veluti cui fratrum cura demandata fuit. Multa in eandem rem adduci possent argumenta, quæ veluti superuacanea prætermitto. Nam qui Christo non credit, minus credet alijs. Est aliquid, inquis, quod adducis, & sanè simplicibus & indoctis istiusmodi argumentis facillimè imponere potes: mihi verò scripturas intelligenti non item. Nam quod autoritatem Christi affers, eam ego tantum abest vt negem, vt etiam toto pectore amplectar, tuam autem interpretationem planè repudio. Non enim Petro promisit, aut dedit claues pro persona sua, sed quia gerebat personam ecclesiæ: Alioquin ædificata ecclesia super Petro homine iam ad vocem vnius ancillæ corruisset. Deinde attestante Paulo ad Corinthios, petra illa erat Christus, & non Petrus. Tandem dum Petrus decimo octauo anno post passum Christum adhuc Ierosolymis versaretur, vbi tum fuit ecclesia Rhomana? Nónne Petrus est membrum ecclesiæ? quomodo igitur caput? quomodo Petrus esse potuerit petra, ad quem Christus ait, Vade post me Satana? Siccine Neopiste tibi libet ludere? Nónne ipse concedis Petrum gessisse personam ecclesiæ? at persona ecclesiæ, totam ecclesiæ potestatem continet. Ergo Petrus & successores Petri, vel tua sententia plenam & indubiam ecclesiæ potestatem possident. Neque enim ego aio CHRISTVM Petro tanquam priuatæ personæ eam potestatem contulisse, sed quod Apostolus, quod Apostolorum princeps, quod persona publica iam esset. Atque ita claues vni Petro CHRISTVS dedit, in vnitate ecclesiæ, quam repræsentant. Cur ergo successoribus Petri Pontificibus Rhomanis, cur illorum potestati resistis? Nónne voluntati Dei, nónne Deo ipsi resistis? Non est verò quòd nobis ancillam illam obijcias, ad cuius vocem corruisse Petrum blateras. Etenim non negauit CHRISTVM Petrus, vt Pontifex; sed veluti vna ex dispersis ouibus: non in spi-

De primatu Petri.

Obiectio.

Solutio.

in spiritu, sed in carne quæ infirma fuit. Deinde huius negationis hæc fuit causa, ex singulari Dei prouidentia, vt ipse conuersus humanam infirmitatem in se agnosceret, quam antea videre non poterat, cùm fortem animi societatem ad mortem vsque profiteretur. vtq; perseuerantiam in fide, non humanis viribus, sed singulari gratiæ Dei adscriberet: postremò vt fratribus dispersis, sua infirmitate mederetur, & conuersus illos in fide confirmaret. Multis sanè casus Petri, qui alioquin desperassent, salutem peperit, salutem seruauit: in primis cùm, quod ille antea quæsierat, Quoties fratri suo in die peccatum remittere deberet? ipse in se ipso expertus esset. Cecidit ergo Petrus vt persona priuata, vt homo carnalis, resurrexit autem vti publica persona, vti Apostolus, vti spiritualis homo pro quo Christus rogauerat, vti imago ecclesiæ, vt iam non cecidisse, sed confirmasse labascentem ecclesiam videatur. Quod ad Petram attinet, de qua Apostolus prima ad Corinthios, capite decimo loquitur, illa erat nubes in deserto, ex qua Moses populo aquam produxit. Ille aquæ potus inquit in spiritu significabat, aquam vitæ, quæ aqua ex CHRISTI corpore erat in cruce manatura, qua abluuntur omnia peccata, & sitis inextinguibilis extinguitur, vt quicunque illam biberit, non sitiat in æternum. Petra verò de qua hic CHRISTVS loquitur, non illam deserti ex qua aqua eliciebatur repræsentat quæ figura erat figurati Christi: sed aliud innuit, videlicet firmum & constans, ac inconcussum (quod verba Christi expressa testantur) ecclesiæ ædificium, quod est corpus Christi. Vt quemadmodum domus petræ superædificata nullis aquarum, tanquam illa quæ arenæ superstructa est, vndis & fluctibus conquassari & euerti, ita ecclesia doctrina Petri superextructa, nullis vnquam hæreticorum & schismaticorum oppugnationibus succumbere posit. Quo vtique argumento perpetuitas ecclesiæ Rhomanæ probatur: quod & res ipsa testatur. Omnium enim apostolorum ecclesiæ, vt suprà retuli defecerunt, hæc vna & sola Petri ecclesia, in hanc vsque horam, constans & florens permansit. quia quemadmodum duodecim regna erant Israelis, ex quibus sibi delegerat Dominus tribum Iuda, ex qua ortus est, ita duodecim apostolorum ecclesiæ erant, ex qua sibi Christus delegit eam, quam Petrus ædificauit, quæ super doctrina Petri extructa est, tanquam firmissima petra, quam nulli aduersariorum impetus euertere hactenus potuerunt. Nónne iam toties Rhomana ecclesia oppugnata, varijs hæreticis, varijs schismatibus, varijs hostibus fuit? semper tamen victrix euasit. Persecutiones certè grauissimas vndecim pertulit, scilicet Neronis temporibus, Domitiani, Traiani, Marci Antonini & Lucij Aurelij, Seueri Imperatoris, Maximi, Decij, Valeriani, Aureliani, Diocletiani & Maximiniani, atque Iuliani apostatæ: taceo alias iniurias, direptiones & afflictiones, quas Ecclesia Rhomana etiam à dome-

 sticis

ſticis ſuſtinuit. Schiſmata autem quinquaginta vſque ad Eugenium quartū paſſa eſt, vt in libro de veteri effigie enumeraui. Hæreſes varias non eſt quod commemorem: hæc tempora abundè ſatis docent, quibus omnes illæ propè veteres hæreſes reuocatæ ab Inferno vigent, & eccleſiam Rhomanam acerrimè inſectantur. Quæ quoniam ædificata eſt ſuper Petri doctrina, iuxta verbum Dei non corruet, ſed tanto formoſior & potentior manus hoſtium euadet. Neque refert quocunque anno Petrus Rhomam venerit, modò eò applicuerit, & Chriſtus quod prædixit impleuerit. Ita enim cauillati ſunt & Chriſtum Iudæi, qui dicebant, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Sed etiam erras Petrum anno decimo octauo poſt paſſionem CHRISTI primùm Rhomam veniſſe: Nam ſi computes quinq; annos, quibus in Ponto & Aſia fuit, & annos ſeptem in Antiochia, & tandem quod migrauerit Rhomam, & anno decimo octauo Rhoma Ieroſolymam ad Concilium profectus ſit, maturius Petrum Rhomam applicuiſſe depræhēdes. Deinde Petrus erat ſummus Pontifex, vbicunque erat: quamuis Marcellus ſanctus Martyr referat illum ſibi Rhomæ ſedem elegiſſe, vt ita prius fuerit ſummus, quàm Rhomanus epiſcopus. Quid eſt quod de membro obijcis? quaſi caput non ſit membrum corporis: quaſi qui minor ſit, non ſit maior, ſicut Chriſtus ipſe Lucæ nono docuit quaſi diuerſo reſpectu & ſummus eſſe, & par, & minor eſſe non poſsit. Ita CHRISTVS ſummus eſt in Eccleſia, par in diuinitate, minor quo ad humanitatem. Ad eundem propè modum Petrus ſummus eſt vocatione & miniſterio, par fraternitate, minor humilitate. Quocirca & caput eſt, & membrum, & peripſema, ſicut Paulus prima ad Corinthios quarto teſtatur. Quod autem Chriſtus Petrum Satanam appellauerit, id factum eſt non propter ipſum, ſed propter Satanam qui eum cribrabat, eique ignoranti cogitationes & verba ingerebat, quæ CHRISTI paſsioni, & ſaluti noſtræ aduerſarentur. Nihil ergo facis, cùm tam impudenter

Obiectio. primatum Petri demoliri contendis. Nihil verò? Quomodo Petrus habuit poteſtatem in Apoſtolos, in quem Apoſtoli poteſtatem exercuerunt, dum ipſum & Ioannem in Samariam mitterent? Nónne

Solutio. miſſus minor eſt mittente? Minimè verò, Arrianorum eſt hoc argumentum, quo filium patre minorem probare nituntur. Eſt phraſis hæc peculiaris ſcripturæ ſacræ, vt mitti dicantur, qui potiores & præcipui ſunt, & magis apti ad rem aliquam conficiendam. Petrus ergo & Ioannes præcipui Apoſtolorum, quorum hic à Domino dilectus eſt maximè, ille omnibus præfectus, vt conferant in Samaria Spiritum ſanctum, & conſtituant Eccleſiam, miſsi à Spirituſancto fuerant per os Apoſtolorum, id eſt hi duo nomine omnium Apoſtolorum profecti erant eò. Ergo, inquies, Petrus hac ratione non erit ſummus cùm Iohannem ſibi adiunctum habeat. Habet equidem, non ideo quod poteſtas Petri non ſufficeret, ſed vt

laborem

laborem tantum facilius adiuuante Ioanne perferret, in imponen- videlicet manibus: nondum enim in quenquam illorum venerat spiritus sanctus, sed baptizati tantum erant in nomine Domini. Vnde etiam constat eminentia Petri & Ioannis, qui spiritum sanctum tandem, maius videlicet donum conferrent baptizatis. Deinde supra ostensum est, nō impedire Chr[illegible] ita docente, aliquem esse maiorem, etiamsi minorem se ostendat. Hinc manauit titulus pontificum Rhomanorum, Seruus seruorum, &c. Quod autem iam quo ad fortunas opulentior sit Ecclesia, quām fuerit tempore Petri, & Petrum non eo primatu vsum, nec contulisse pallium, nec confirmationem dedisse obiectas: puto nec te ignorare, nugas esse, quas obijcis. Primatum certè exercuit, cùm Matthiæ ordinationem in Apostolum direxit, cùm in ipso die Pentecostes omnes Apostolos, defendit, cùm præsente Ioanne sanauit claudum & coram populo defendit, cum se ac Ioannem in concilio propugnauit, cùm ad pedes Petri omnes bona diuendita proijciebant, Cum in Ananiam & Saphiram sententiam mortis tulit, cùm Simonis Magi maledictam nundinationem coërcuit, cùm iussus Gentes viso linteo, in quo erant bestiæ & reptilia in Ecclesiam reciperet, cum in concilio Apostolorum sententiæ cessationis legalium esset autor. Quod ad pallium attinet, nihil aliud est quàm contributio, de qua sæpius Apostolus agit, quamobrem etiam offertoria instituta sunt, & Annatæ, id est medij siue primi fructus, quos pro confirmatione curia Rhomana exigit, & appellat redemptionem pallij. Hæ Annatæ descendunt iure diuino ex libro Numeri, quia succedunt in locum decimæ decimarum: & Nehemia, vbi scriptum est, Et Leuitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri, ad gazophilacium in domo thesauri. Ad gazophilacium enim deportabant filij Israël, & filij Leui primitias frumenti, vini & olei, & ibi erant vasa Domini sanctificata, & sacerdotes & cantores, & ianitores & ministri, & non dimittemus domum Dei nostri. Has meritò, autore Hostiense, Rhomana Ecclesia exigit, etiamsi nullum ius haberet, vel necessitate cogente, quando nec de suo possit omnibus prouidere: & ait eam Annatarum consuetudinem antiquissimam esse. Quæ concilio etiam Viennensi, cui præsedit Clemens quintus, approbatæ sunt. Præterea annatas puto ab Apostolis apud Christianos initium sumpsisse. Quotquot enim possessores agrorum & bonorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Tandem crescente multitudine primò septem dispensatores constituti sunt. Postremò constitutum, vt quilibet domui suæ benè præesset, & contributiones facerent: quarum contributionum Apostolus sæpius meminit: nam qui altario seruit, vt de altario viuat necesse est.

Papa cur seruus seruorum.

De pallio & Annatis.

Annatæ ab Apostolis manarunt.

Et licet vbi Ecclesia diuitijs creuisset, Leo secundus instituerit [illegible] ne ad,

ne ad Archiepiscopatum assumptus pro vsu pallij aliorumúe officiorũ quicquam Ecclesiæ persolueretur: nihil tamen de dignitate pallij detraxit. cuius dignitatem tandem integro libello Ioannes quintus patefecit. Huc & confirmatio spectat, vt ex actis Leonis apparet: nam & patriarcharum est, nomine Papę confirmare suos Episcopos, sicut Thessalonicensem fecisse constat. Neq; vero pallium aliud quàm plenitudinẽ

Quid pallium. potestatis designat, qua cum pontifice maximo participant patriarchę, archiepiscopi, & pauci quidam Episcopi, ex quorũ numero in Germania Bambergensis est: quibus idem est pallium, quod Episcopis confirmatio. Hæc denique ad ordinem ecclesiasticum pertinent, vt omnia in Ecclesia iusto modo, & recto ordine fiant, sicut suprà in Mose ostendi.

Obiectio. Nonne, inquis, Christus expreßè apud Lucam capite vigesimo secũdo id prohibet, Reges, inquit, gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici vocantur, vos autem nõ sic.

Responsio. Prohibet vtiq; ambitionem & tyrannidem potestatis: non pietatem, non humilitatem, quæ potestas spectat ad ædificationem Ecclesiæ, ad gubernationem, ad conseruationem: vt ita ministratione potiùs potens sit, quàm donatione. Sic enim Christus venit ministrare non ministrari. idcirco tamen nõ sequitur, Christum nullam habuisse, aut habere potestatem. Neq; enim frustra ait ad Corinthios Apostolus. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus. Quibus verbis satis indicat, Apostolos ministros spiritualium esse messores autem carnalium. Perperam igitur ministerium spirituale, cum messe carnali confundis. Secularia enim iudicia, idem Apostolus ait, committenda esse ijs, qui in Ecclesia contemptibiles sunt, Apostolorum autem iudicia se altius extendere, cùm statuit fideles non ab iniquis, quia potiùs à sanctis iudicare debere. An nescitis, inquit, quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus: indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quia Angelos iudicabimus, quantò magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis: cõtemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui poßit iudicare inter

Potestas pontificum. fratrem suum? sed frater cum fratre in iudicio contendit, & hoc apud infideles? Hæc ille. Vnde patet eminentißima potestas & iudicium pontificum, quæ se non modò ad secularia negotia, sed etiam ad Angelos ipsos extendit. Atq; secularia quidem iudicia nõ aufert, sed indigna esse tantæ potestati dicit, atq; ideo minimis committenda; ne vllo modo ab infidelibus quisquam fidelium iudicetur. Qui equidem locus validißimè Ecclesiasticam potestatem tuetur.

Obiectio. Cur ergo, inquis, filios Zebedæi ad hanc potestatem aspirantes tacitè reprehendit?

Responsio. Quia potestas illa Christi erat, honor Christi, vocatio Christi. Ideo respondit, Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicẽ quem ego bibo: aut baptismo quo ego Baptizor baptizari? At illi dixerunt, Possumus. Iesus autem ait eis, Calicem quidem quem ego bibo bibetis, & baptismo quo ego bapti-

bor baptizabimini: sedere autem ad dexteram meam, & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. En verba Christi clara & dilucida sunt, cur illam potestatem summam illis neget. Quia Christus filius Dei solus reliquus fuit innocens, qui suo calice, quem pro nobis effudit, & suo baptismo, quo consepulti in illius mortem, & peccato mortui sumus, nos omnes nocentes & peccatores è faucibus diaboli eripere potuit: solus proinde meruit illam gloriam accipere, vt sedeat ad dexteram Patris. Qui fit igitur, inquis, vt illud sedere, eorum dicat esse quibus paratum est? annon etiam filijs Zebedæi, qui ex apostolorum numero erant, paratum erat, ad quos dixit, Disposui vobis vt sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel? Deinde cùm Christus à patre omnem potestatem acceperit, & in cælis, & in terris, quomodo illud sedere non sit in potestate sua, non video. Est quidem in potestate sua, sed non vt alijs det, Gloriam enim suam alteri non dabit, inquit Esaias. Quod autem sessio illa Christo tantùm parata sit, testatur Psaltes regius ita canens, Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem & præcinxit se. Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. Parata sedes tua ex tunc: à seculo tu es. Quomodo autem Christus sedebit ad dexteram simul & sinistram? ijs videlicet ad dexteram sedebit, qui in illo die à dextris suis erunt, ad quos dicet, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: illis verò ad sinistram, ad quos dicet, Discedite à me maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Quare ergo in plurali numero quibus paratum, & non potius in singulari Cui paratum dixit? Quia cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebunt & Apostoli super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël. Nonné hoc est sedere à dextris & sinistris? vtique. Id tamen paulò antè negabas. Negaui illos ad dextram virtutis Dei, quod soli Dei filio Christo competit: non negaui autem illos super thronos, super sedes duodecim, à lateribus Christi sessuros. Quid aliud filij Zebedæi, quàm talem sessionem petierunt? Minimè verò. Huius enim sessionis promissionem præcedenti capite iam acceperant, atque ideò, cùm id mater filiorum Zebedæi intellexisset, petijt à Christo, vt duo sui filij Iacobus & Iohannes sessionem superiorem apud eum haberent, vt videlicet alter ad dextram, alter ad sinistram eius sederent. Hoc demum ideo negauit, quòd hæc sua foret gloria, quam sua morte, suóque sanguine esset adepturus, & ascensurus super omnes cœlos vt omnia impleret. Propter quod Deus exaltauit illũ: & donauit illi nomen, quod est super omne nomẽ: vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, & terrestriũ, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. In hoc igitur Christo Deus conresuscitauit nos, qui credimus secundũ operationẽ potẽtię virtutis eius, & cõsedere fecit in cælestibus:

Obiectio. (margin, beside "Qui fit igitur")
Solutio. (margin, beside "Est quidem in potestate sua")
Obiectio. (margin, beside "Nonné hoc est sedere")
Solutio. (margin, beside "Negaui")

vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos, quam operatus est in Christo Iesu, suscitans illum à mortuis,& constituens ad dexteram suam in Cælestibus, super omnem Principatum, & potestatem,& virtutem,& dominationem,& omne nomen quod nominatur,non solùm in hoc seculo,sed etiam in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit, caput super omnia ipsi ecclesiæ,quæ est corpus ipsius,& plenitudo siue complementum eius,qui omnia in omnibus adimplet, & in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Vnde constat abundè satis quid mater filiorũ Zebedæi petierit,Cur Christus renuerit, quomodo Christus ad dexteram sedeat,& principatum teneat, quomodo denique in Christo omnes fideles sint,& illi confideant. Quare Hieronymus appositè inquit,Christum videlicet voluisse hac ratione suos ad summitatem virtutum,non potentia,sed humilitate peruenire: vt nõ negarit potestatẽ, sed ad eam consequendam viã ostenderit,quò scilicet paruuli fierẽt,humilitate,nõ sensu & ætate. Nã qui minor est,inquit inter vos omnes,hic maior est. En,qua via docet incedendũ, vt quis maior sit,& summã illã

Obiectio. potestatem adipiscatur? Si Petrus maior fuit,inquis,cur ergo Paulus illi in faciem restitit? Cur verò? quia par Petro electione (Paulus siquidem

Solutio. vas electionis dicitur)erat,sed neque Paulus,quin potius spiritus Domini in Paulo id egit. Idcirco ad Galatas ait,creditum est mihi Euangeliũ præputij,sicut & Petro circuncisionis. Nam qui efficax fuit in Petro ad apostolatum circuncisionis,efficax fuit & in me circa gentes. Cumque cognouissent gratiam mihi datam Iacobus, & Cephas, & Ioannes:qui videbantur esse columnæ,dextras dederunt mihi ac Barnabæ societatis vt nos in gentes,ipsi verò in circuncisionẽ apostolatu fungeremur,tantũ vt pauperum memores essemus. Hæc ille. Hinc apparet & gratia Paulo concessa,& Apostolatus æqua functio :potestatis tamen diuersa. Nam Paulus & Barnabas segregantur ad gentes & datis manibus Iacobi, Cephę & Ioannis confirmantur. Reprehendit ergo non Petrum,nõ doctrinam Petri,non Apostolatum Petri,nõ potestatem Petri, sed vlteriorem conniuentiam. Satis enim confirmati erant in fide, vt tandem Iudaismus aliquando deponeretur, ad hanc rem maturandam sua reprehensione Petro autor fuit, idque in spiritu sancto, ex quo Paulus loquebatur, vt magis hortari Petrum ad ædificationem ecclesiæ,quam in destructione reprehendere visus sit. Nonné tute locum

Obiectio. scripturæ allegasti,quo ille tuus Petrinus primatus corruit? Quid ita? Iacobum enim Petro Paulus præponit, vt meritò Iacobus prior

Responsio. sit Petro. Ita quidem,prior est martyrio,sed nõ potestate. Fuit prior martyr,fuit primus episcopus ab Apostolis Ierosolymis cõstitutus, fuit ex sorore Mariæ matris,frater Domini:fuit iustitiæ vsq; adeò amãs vt iusti cog. obtineret:fuit eo vsq; pius, vt solus sancta sanctorũ ingrederetur,& ita assiduè pro salute populi flexis genib, oraret,vt eius genua camelorũ

more

155

more occaluerint:fuit deniq(vt Ignatius tradit)facie,vita & conuersationis modo Christo Iesu simillimus. His de causis à Paulo priori loco fortè nominatur. Sed quid hoc ordine opus erat,cùm Christus hunc maiorem concluserit,qui se minorem profiteretur? Notum est historijs Petrum Clementi quasi ex testamento successionis locum tradidisse. Verùm Clemens tantę fuit modestiæ,vt coegerit Linum,ac Cletum ante se munus pontificatus obire: ne posteris hæc principatus ambitio perniciosi exempli haberetur. Hinc tamen nec Petri, nec Clementi potestati quicquam decessit. Quid me quæso crucias? Mitto Paulum, oppono Irenæum Lugdunensem,oppono Polycarpū Smyrnensem episcopos,quorum alter,quo minus victor excommunicaret Orientales,prohibuit,alter,vt sibi Anicetus cederet,compulit. Non ita est Neopiste,mala fide refers. Irenæus enim non prohibuit Victorem ab excōmunicatione,sed rogauit,& monuit,atq; cōsuluit,vt haberet ratione̅ concordiæ & pacis ecclesiæ,néue turbatio moueretur in ecclesia,quod fieri putauit,si excommunicatio secuta fuisset. Deinde Polycarpus Smyrna venit ad Anicetū, id est Græcus ad Rhomanū,quia Anicetus statuerat vt Pascha Dominico die celebraretur,cui institutioni restiterunt Orientales,qui iussu sancti Ioannis.14.luna primi mensis celebrabant. Hac de re Polycarpus cum Aniceto contulit,cui Anicetum, vt in suam veniret sententiam, persuadere non potuisse,testatur Eusebius. Hócne est prohibere? hoc cedere? Nónne verò, inquis, Orientales episcopi Iulio Papæ restiterunt? Vtique hæretici,qui expulerant Athanasium & Paulum, qui confugientes ad Iulium,citatis & excommunicatis hæreticis, fuerunt restituti. Quo vel solo argumento tua vesania concidit, & planè constat Papam Iulium ante M CC. annos habuisse potestatem in Orientales Episcopos Asiæ & Aegypti. Fac autem,fuerint quædam ecclesiæ, quæ Rhomano pontifici negarint obedientiam,an idcirco potestas Petri imminuta fuit? an ideo potestas Christi nulla fuerit,quod Christum Iudæi nō modò repulerint,verumetiam trucidarint? Existimo, inquis, primatum Papæ fluxisse à Constantino quarto primùm. Imò verò id falsum esse,iam abundè demonstraui,ex sacris literis, confirmantibus idem Imperatore Constantino,Valētiniano,Gratiano,Theodosio,Martiano, Basilio,& alijs. Hoc tamen admitto,Constantinum quartum, remisisse confirmationem Papæ electi, quam Imperator antè suo modo facere solebat. Etenim ad Benedictum II. Constantinus Imperator hominis sanctitate permotus sanctionem misit,vt deinceps quem clerus, populus,exercitúsque Rhomanus in Pontificem delegisset, eundem statim verum Christi vicarium esse omnes crederent: nulla aut Constantinopolitani principis,aut Italiæ hexarchi expectata autoritate, vt antea fieri consueuerat. Id enim ratum erat in creando Pontifice,quod Princeps confirmasset: vel qui eius vices in Italia gerebat. Ita patet, ne eiusmodi quidem delectionem quicquam obfuisse potestati Pontificiæ. Sed Theophilus,inquis,Alexādrinus & Epiphanius deposuerūt Chryso-

Obiectio. *Responsio.* (beside "Mitto Paulum … prohibuit")

Obiectio. *Responsio.* (beside "Nónne verò … confugientes")

Obiectio. *Responsio.* (beside "Existimo … falsum")

Obiectio. (beside "Sed Theophilus")

Responsio. stomum. Quid tum postea? & Thurcæ hodie deposuerũt & destruxerũt reliquorum apostolorum ecclesias: idcircóne aliquid Pontificiæ potesta ti decedit? quæ spiritualis est, & non carnalis. Cæterùm & hic erras, nam Eudoxia Imperatrix illum eiecerat, quem postea Innocentius Papa resti tuit: cùm Archadius Imperator resistens Papæ & Chrysostomo excom-
Obiectio. municatus fuit. En & hic Græcia paruit Pontifici Rhomano. Nónne E-
Responsio. piphanius excommunicauit Ioannem Ierosolymitanum? Minimè verò, sed à Synodo Antiochiæ damnatus est. Antiocheno namque patriarchę &
Obiectio. Archiepiscopo Cæsariensi Ierosolymitanus episcopatus parebat. Nónne Nicænum Concilium testatur episcopum curam gerere suburbana-
Responsio. rum ecclesiarum. vt quid ergo pontificialis potestas? Insanis, vt video. Canon sextus illius Concilij sic habet. Mos antiquus perduret in Aegypto, Lybia, & Pentapoli, & Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem, quãdoquidem & Rhomano episcopo parilis mos est. Similiter autem apud Antiochiam, & cæteras prouincias honor suus vnicuique seruetur ecclesiæ. Quo equidem Canone non prohibetur pri matus Rhomanæ ecclesiæ, sed tantùm trium ecclesiarum patriarchalium autoritas, scilicet Rhomanæ, Antiochenæ & Alexandrinæ confirmatur. At enim, inquis, hoc volo. Rhomanam ecclesiam parem Antio-
Obiectio. chenæ & Alexandrinæ tute concedis: quomodo ergo supremam? Nihil
Responsio. refert vt tres episcopatus æquè ditione ipsa latè pateant: modò potestate excedant. Ita hodie Monasteriensis episcopus tres possidet episcopatus, Monasteriensem, Osnabrugensem, & Paderbornensem, quarum ditione facilè æquat Archiepiscopum Coloniensem. non tamen sequitur illum potestate dignitati Archiepiscopali parem esse. Imò verò, inquis, diuersa est similitudo. Tu confers episcopatus cum Archiepiscopatu:
Obiectio. ego porrò patriarchatus inuicem confero. Rectè: at Coloniensis se-
Responsio. des respectu sui non est nisi episcopatus, sicut nec Rhomana sedes ratione sui aliud est quàm simplex episcopatus. At respectu aliarum sedium, quarum confirmationem penes se habet Coloniensis præsul, iam Archiepiscopus dicitur. Eadem ratione Rhomanus patriarchatus per se quidẽ par est Antiocheno, & Alexandrino, ea tamẽ ratione, qua in vtrun que Rhomanus potestatẽ habet, iam papatus dicitur. Hoc demũ fac pla
Obiectio. num: quod Rhomana sedes se in illas sedes vnquam extenderit. Puto,
Responsio. nisi prorsus sis sine mente, ex suprà dictis, quod quæris, iam sufficienter elucere, Papam scilicet semper habuisse in Orientales episcopos potestatem. Ac si hoc ipsum Nicænum concilium rectius consideres, idẽ nul la difficultate deprehendes? Nónne Nicæa est in Asia? est. Nónne Osius Cordubensis nomine Papæ præsedit Concilio? vtique. Nõné primus subscripsit non nomine suo, veluti reliqui episcopi omnes, sed nomine Papæ? Adhúcne etiã in Asia dubitabis de primatu Papæ? Item, Nõné in eodem Concilio conclusum est, vt in causa depositionis episcopi possit ap pellari ex toto orbe ad Rhomanũ pontificẽ? nonné huic innitebatur Athanasius, huic Chrysostomus, & obtinuit? Nõné ecclesia Aphricæ relu-

ſtabatur Zozimo papæ in reſtitutione Appiarij,& certior tandem facta Nicæni illius Concilij acquieuit? Videas nunc & Aphricam Pontifici Rhomano morem geſsiſſe. Tamen, inquis, idem ſtatuit Concilium,vt *Obiectio.* Epiſcopi ordinentur,à tribus prouincialibus epiſcopis,nō à Papa. Quid *Reſponſio.* hoc ad primatum? Rarò enim à Pontifice Epiſcopi ordinantur : ſed ad eam rem deputantur ſaltem tres epiſcopi. Nonnè verò eodem Conci- *Obiectio.* lio primatus non Rhomano,ſed Ieroſolymitano tribuitur? Nullo pa- *Reſponſio.* cto.Hæc ſunt Canis verba,Quia conſuetudo obtinuit,& antiqua traditio,vt Heliæ epiſcopus honoretur,habeat honoris conſequentiam, ſalua Metropoli dignitate.En tantum abeſt,vt primus hic ſtatuatur epiſcopatus Ieroſolymitanus,vt etiā Metropolitano,videlicet Cęſarienſi,ſubijciatur.Et licet eccleſia Ieroſolymitana prima fuerit tempore,at non dignitate.Vrges deinde Concilium Aphricanum quartum,Rhomanū epi *Obiectio.* ſcopū non appellare principē ſacerdotū,ſed tantum primæ ſedis epiſcopū.Deinde ſtatuit,ne etiā Rhomanus epiſcopus vniuerſalis appelletur: Quocirca & Pelagius & Gregorius nomē vniuerſalis epiſcopi renuerūt. Quo vtiq; loco nihil magis ac antea proficis.Cùm enim Rhomanam eſ- *Reſponſio.* ſe primam ſedem Concilium fatetur,primatum cōcedit:cùm vniuerſalis epiſcopi nomen vetat,non poteſtatē intelligit,ſed ne vnus pluribus, ſed ſinguli ſingulis epiſcopatibus præſint,ſingulas ſedes teneant,vt ſcilicet quot epiſcopatus,tot epiſcopi ſint:id tamen Pōtificis Rhomani eminentiæ nihil detrahit,quin ſuper omnes & emineat, & poteſtatem habeat.Ordinem autem neceſſarium eſſe in eccleſia,ſuperius vel exemplo Moſis oſtenſum eſt, vt quemadmodum res grauiores referebantur ad Moſen,ita referantur res arduæ fidei ad Pontificem Maximum, id quod fecit Hieronymus referens ex Aſia ad Damaſum,Auguſtinus ex Aphrica ad Innocentium & Bonifacium, ac Cyprianus ex Carthagine ad Cornelium,Athanaſius ex Aegypto ad Marcum & Iulium, Ambroſius Mediolano ad Anaſtaſium.Hoc ordine factum eſt, vt in eccleſia non vnus, non pauci,ſed plurimi eccleſiæ miniſtri ſint: vt quemadmodum lege naturæ omne primogenitum gaudebat priuilegio ſacerdotij,& in eorum locum lege ſcripta tota tribus Leui ſucceſſerit:ita lege euangelica apoſtolatus eiúſque ſucceſsio,& presbyteratus, diaconatus, & reliqua eccleſiæ miniſteriorum officia primum locum ſibi vendicant, veluti Deo dicata & conſecrata. Atque infinita erat primogenitorum multitudo: tribus etiam Leuitica numeroſa fuit:mirum non eſt hodie multos verbi Dei & eccleſiæ miniſtros eſſe,qui non tantùm Iudæam, ſed quoque Gentes vniuerſas paſcant:taléſque varios pro varietate populi, vt varia pietate & ſanctitate, varij ad Chriſtum conuertantur: hinc eſt quòd Paulus omnia omnibus fuerit,vt omnes lucrifaceret. Itaque monaſticam vitam,& id genus religioſorum deuotionem,nemo ſpernat: quin potius contribuat in eorum vſum,& ſuſtentationem, vt illi viciſsim vita contribuatur æterna. In horum enim ſubſidium conſtitutæ ſunt decimæ,quas præcipit Moſes promptè offerre,& primitias frugū terræ

in domum Domini Dei deferre: quæ omnes ad sacerdotes pertinerent. Hinc est, quod August. ait, Decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt. dignus enim est operarius mercede sua. Etenim quis militat vnquam proprijs stipendijs? Non est alligandum os boui trituranti. Idcirco inqt Apostolus, Si nos vobis spiritualia seminauimus magnū est si nos carnalia vestra metamus. Et, q altario deseruiūt, cū altario participant. Propterea ad Corinthios collectas à se ordinatas in Ecclesijs fieri præcipit, scilicet in vsum pauperum & ministrorum verbi Dei: vnde à colligendo collecta in Missa oratio nata est. Quamobrem Augustinus ait. Cùm, inquit, decimas dando, cœlestia & terrena possis promereri pro auaritia tua, duplici benedictione fraudaris, hæc est domini iustissimi consuetudo, vt si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuoceris, dabis impio militi, quod nō vis dare sacerdoti. Certè & Dominus habebat loculos, quos Iudæ fidei commiserat, à fidelibus oblata conseruans, & suorū necessitatibus (inquit idem Augustinus) & alijs indigentibus tribuebat: tunc primùm ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, vbi intelligeremus quod pcepit nō cogitandū de crastino, non ad hoc fuisse preceptū, vt nihil pecuniæ seruetur à sanctis, sed ne Deo pro ista seruiatur. Et alibi, Antiqui inquit, patres ideò omnibus copijs abundabant, quia decimas dabant. Ergo timendum est, eos non prosperari, qui religiosis etiam mendicantem inuident, & fratribus certum numerum (id quod hodie videmus, bona ecclesiastica etiam popularia deuorare, apud eos qui præda Ecclesiæ ditiores esse volunt) præscribūt, ignorantes Synagogæ largitatē, quæ tot millia Leuitarū in singulos dies alebat. Horum gratia tot ecclesiæ tot monasteria, tot seminaria, à maioribus deuotissimè extructa sunt quæ tu hodie summa impietate & vesania destruis. Nónne, inquis, Stephanus dixit, Excelsus non habitabat in manu factis? Sanè Paulus ad Athenienses ait, Hic cœli & terræ quū sit dñs, nō in manufactis habitat tēplis, nec moribus colitur humanis. Præterea Deus nō est in vno loco, sed vbiq; suos exaudit precatores. Idcirco Paulus vult viros orare in omni loco, leuantes puras manus. Et Christus inquit, veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Donatistas, Faustistasq; Neopiste, & Manicheorum, Sagarellorū, Massilianorumq; insaniā resuscitas. Hi enim templa omnia solo æquabant. & deripiebant: sensibiliaq; tēpla altaria, incēsa, simulachra & sacrificia in cœlestibus saltem collocabant: neque animaduertebant illud Irenæi, Munera, inquit, & oblationes, & sacrificia omnia in typo populus accepit. Quemadmodum ostensum est Mosi in monte Sinai ab vno & eodē Deo, cuius & nunc in Ecclesia glorificatur nomen in gentibus. Sed terrena quidē quæ sunt, erga nos disposita congruit typos esse eorum, quæ sunt cœlestia, ab eodem tamen Deo facta. Nec enim aliter poterat assimilari spiritalium imaginum. Hæc ille. Ita Christus in templo docuit, ex tēplo eiecit vendentes, inquiens, domus mea domus orationis vocabitur, vos aūt eam fecistis speluncam latronū. Et si dixerint vobis Christus in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus est, nolite credere.

De Ecclesijs ædificandis. *Obiectio.* *Responsio.*

Id tu hodie nónne impleuisti? quæris enim in nemoribus & in priuatis conuenticulis Christum. Frustráne Paulus & Barnabas constituerūt per singulas ecclesias presbyteros, in quibus Paulus pcepit mulieres tacere? Et quo infidelis vel idiota intrans, cadens in faciem, adoret Deum? Multis locis testatur August. ædificare ecclesias esse actum latriæ, quem soli Deo debet fides grata fideliū: quare sanctis nō ædificantur, nec cōsecrantur tēpla, sed Deo in memoriā & venerationem sanctorū. Neq; verò, inquit, hoc culpatur in sacrilegis ritibus paganorū, q conseruant tēpla, & sacerdotia instituūt, & faciūt sacrificia, sed quia hæc idolis & dæmonijs exhibēt. Ideo Christianissimi principes immēsas fecerūt sacrosanctis ecclesijs donationes & largitiones amplissimas: & vt vasa sacra, excepta redēptione captiuorū, nullo pacto distrahātur, aut impignorentur, statuit Imperator. Tu ergo, dū ecclesias dānas, criptas & spelūcas amas, & illud Christi, Ecce relinquetur vobis domus deserta, amplecteris. Itaq; nō eò ædificantur tēpla, vt in manufactis habitet Christus, sed vt eò cōgregentur ij, in quibus Deus habitat, id est fideliū corda, mēbra Christi, viuum Christi tēplum, in cuius medio dixit Christus se habitare, imò illā esse in se, & se vicissim in illa. Deinde huiusmodi tēplum est typus ciuitatis illius cælestis, quę Apocalypsi describitur. Est deinde Deus vbiq; cōcedo: quid tū postea? inde nō sequitur, nō debere fieri cōgregationē fidelium: aut idcirco nō debuisse Israelitas Ierosolymā conuenire. Imò hoc argumēto præuaricatus est Ieroboā, vt Iosephus testatur, persuadēs populo, ne lōgo itinere fatigati orarēt, & Ierosolymā ascenderent: cuius rei gratia tandem meritas pœnas dedit. Porrò orandum est vbiq;, maximè tamen in congregatione, cùm multorum preces plùs, quàm vnius, possint. Ita etiam adorare in spiritu & veritate, nihil impedit templi structuram: in quo id fit, quod obijcis. Atenim, inquis, ad quid ergo longæ illæ Phariseorū orationes & horæ? Vtique nō frustra ait Christus, Non omnis, qui dicit mihi, dñe, dñe, intrabit in regnū cælorū. Itē, Scit pater vester quid opus sit vobis antequam petatis eum. Tandem, Orantes nolite multum loqui sicut ethnici faciunt, putant enim, quòd in multiloquio suo exaudiātur. Sanè Neopiste, non incassum Dominus ait, Vigilate & orate, vt non intretis in tētationē. Et Apostolus ad Ephesios præcipit orare in spiritu in omni tempore, & in illo vigilare: & ad Colossenses semper orandum censet: & ad Thessalonicenses nocte ac die abundantius orandum esse vult, & quidem sine intermissione. Verùm tu & hic spernentiū pces hæreticorū ante mille & ducentos fermè annos sepultorū excitasti hæresim, atque Nyctagū, qui vigilias damnabant. Neque verò nos hypocriticā orationē, sed eam potius, quæ ardenti pietate incenditur, requirimus & cōmendamus. Quòd autē Pater noster cælestis antequā oremus sciat, quibus egeamus, nō sequitur, nō esse rogandū. imò tantò fidentius est orādus, q certi simus illum & scire nostram egestatem, & quia sit eo clementius nos exaudire. Multiloquium porrò idcirco prohibetur, q ethnici sibi in illo adblandiantur, & placeant: at non est ostentandi sicut ethnici consueuerunt, sed pietatis, & necessitatis gratia orandum.

Obiectio.

De oratione.

Responsio.

rebantur, cur adimitis nobis libertatem à Christo datam? non obijciebant, quod Paulus suasu Iacobi cum multis millibus seruasset legem, quod Timotheum circundidisset? Quid? Nónne in illo concilio citatur à Iacobo propheta Amos? citatur vtique in eum videlicet finem, ne inquietarentur ij, qui ex Gentibus conuerterentur ad Deum. Cæterum cũ prohiberent conuersos, vt abstinerent se à contaminationibus simulacrorum, suffocatis & sanguine, nulla vsi sunt scriptura: sufficiebat illorum autoritas: & hodie nisi cuiuis Cerdoni autoritas scripturæ ostendatur minus concilio creditur? quasi spiritus ille sanctus, qui omnem veritatem in Ecclesia docet, & qui nunquam ab Ecclesia discedit, prorsus abuolasset? Credidit ijs quæ Hierosolymis conclusa erant, Antiochia: & nos non credemus quæ Rhomæ concluduntur? Statuebantur quędã tum, quæ minus ad fidem spectabant, temporibus ita exigentibus: cur hodie necessitate vrgente idem non licebit? Si vnus est vbiq; Christus, vnus spiritus, vna fides, cur non vna conciliorum potestas? Quid dicam dę duodecim apostolis? hi soli in vnum conuenientes symbolum fidei confecerunt, qđ hodie per vniuersum orbem Christianum obseruatur: qđ Ambrosius non dubitauit clauẽ regni cœlorum nuncupare: & nos tot Episcopis simul conuenientibus minus credemus? Nónne Christus apud Matthæum expressè inquit, Dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quancunq; petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est. vbi enim sunt duo, vel tres cogregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum? Et tu tanto patrum cœtui nullã fidem adhibebis? Vbi quæso maior consensus quàm in concilijs? vbi in nomine Domini plus conueniunt, quam in concilijs œcumenicis? Hinc est, vt Augustinus ad Ianua. dicat, Illa quæ nõ scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto orbe terrarum obseruantur, datur intelligi, vel ab ipsis apostolis vel plenarijs concilijs (quorum est in ecclesia saluberrima autoritas) commendata atque statuta retineri: Vnde hæc, quia ita sint facienda, disputare, insolentissimæ insaniæ est. *Obiectio.* Ast, inquis, quid mihi concilia obiectas? homines scilicet, qui & fallunt & falluntur, cùm homo omnis sit mendax. Nónne concilium Carthaginense, octoginta Episcoporum cui præsedit, sanctus vir Cyprianus, in rebaptizandis hæreticis errauit? Nónne conciliũ Ariminense plenariũ. D C. Episcoporũ errauit cum Arrio? & Ephesinum secũdum cum Euticete, & Dioscoro? & Constantinopolitanum sub Constantino Imper. de tollendis imaginibus? Nónne etiam œcumenica concilia, varia determinarunt. *Solutio.* Ita est vt ais. An verò Petrus, Paulus, & reliqui Apostoli, atque viri sancti, non æquè homines fuerunt, & aliam legem in carne, legi Dei aduersantem senserint? Nónne Paulus Petro in faciem restitit? An idcirco conciliũ ab eis celebrari nõ debebat? aut si celebratum est veritate caruerit? Nónne paulò antè intellexisti consensum duorum aut triũ in nomine Christi, Christum spiritu suo regere, quanto magis plurium? Concilium porrò Carthaginense obiectas? autoritatem diui Cypriani interponis? Et Cyprianum

prianum virum sanctum fuisse concedo, & Concilium Cartaginense celebratum anno Domini CCLX. noui, in eoque concilio ab initio ab omnibus vnanimiter decretum ab hæreticis non conferri verum baptisma, sicut nec dari spiritum sanctum, nec veram remissionem peccatorum: eò quod Paulus ad Ephesios diceret vna fides, vnum baptisma. Cæterum ab omnibus illis vnanimiter decernentibus, Cornelius papa, sub quo illud concilium celebrabatur dissensit: sicut postea & vnus Athanasius contra Arrianorum conciliabula, videlicet Mediolanense iussu Constantij imperatoris Arriani ad euertendum se scilicet Athanasium celebratum. Antiochenum sub Cõstantino imp. Arriano nonaginta episcoporum habitum, quo ipse nimirum Athanasius sede sua episcopali quam in Alexandria tenuit eiectus est & exilio damnatus, egit, & illis propemodum solus restitit. Quocirca inter Cornelium & Cyprianum duos videlicet martyres viros sanctos magna fuerat contentio. Verùm antequam moreretur Cyprianus, venit in sententiam ecclesiæ Rhomanæ, videlicet non esse rebaptizandos hæreticos, sed sola manus impositione in gratiam recipiendos. Vbi id maximè elucescit, quod antea protuli, videlicet Deum ijs quibus dat ordinem etiam infundere spiritum sanctum: atque in eiusmodi ordine etiã idiotis, etiã impijs sæpissimè reuelat Deus quod multos eruditos, multos pios celat: patet id in Caipha, qui propheranit, eò quia anni illius pontifex erat. Ita quoque hoc in concilio, licet aberrarit Cyprianus, licet cõcilium vniuersum à veritate discesserit, non tamen is errauit cui datus erat ordo, scilicet summus pontifex, cuius tandem opera Cyprianus ad saniorem mentem redijt. Magnam ergo etiam hinc esse papæ autoritatem quis ambiget? qui cuicunque concilio adfuerit, modo legitimè sedeat, legitimumque concilium sit, quamuis concilium labatur, veritas tamen summo pontifici retegitur. Atque ita spiritus sanctus nunquam à vero cõcilio abest: quantumuis viri sancti cùm homines sint humana quoque patiantur: alicubi errent, alicubi contraria, aut pugnantia scribant, nonnunquam à se ipsis dissentiant, in multis hallucinentur, sicut manifestum est de papa Hieropolitano Episcopo, de Victorino Pictauiensi, de Irenęo Lugdunensi, de Cypriano Carthaginensi, de Origene, de Tertulliano, & multis alijs quos cõstat in fide errasse, & opiniones illorum pro hæreticis damnatas, cùm tamen ipsi habeantur in Canone sanctorum: neque mirum cũ non omnes omnia videant. Solus enim spiritus sanctus plenariam diuinorum scientiam habet, qui distribuit omnibus secundum certam mẽsuram, multa sibi reseruans, vt semper nos habeat sibi discipulos: Omnes enim, vt ait Paulus, non nisi ex parte cognoscimus & prophetamus. Hic ergo spiritus sanctus nunquã ab ipso ordine recedit, & legitimo consensu. Secus autem fit, si de illegitimo, & impiorum atque malignantiũ concilio loquaris, quale fuit Ariminense, Ephesinum, & Constantinopolitanum, ab hæreticis coactum, & quibus hæretici pręfuerunt. Vbi quantumuis nomen Domini inuocetur, Spiritus sanctus tamen abest,

Pontifices etiã mali habent Spiritũ sanctũ

Papa autoritate

Obiecta diluuntur.

tare volet, in officio continentur, vt suprà exemplo Cornelij Papæ osten sum est. Quamobrem etiam tanta est autoritas Papæ, vt nulli principi, nulli magistratui, vel ipse vel suus clerus, sed Deo soli, cuius spiritu regitur, subijci debeat. Cognouerant id principes in Concilio octauo, actione quarta, qui cùm iussi fuissent interrogare, non se id facere sua velle potestate responderunt, sed humiliter confessi sunt eam potestatem pontificis maximi eiúsque Concilij esse. Idem & Basilius Imperator animaduertit, cùm vetuit ne quisquam se Ecclesiasticis causis immisceret, quod opus Pontificum saltem & Sacerdotum esset. De vobis autem Laicis, inquit, tam qui in dignitatibus, quàm qui absolute conuersamini, quid amplius dicam non habeo, quàm quod nullo modo nobis licet de Ecclesiasticis causis sermonem mouere, neque penitus resistere integritati Ecclesiæ, & vniuersali Synodo aduersari. Hæc enim inuestigare & quærere Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum est: qui regiminis officium sortiti sunt: qui sanctificandi, qui soluendi & ligandi potestatem habent: qui Ecclesiasticas & cælestes adepti sunt claues. Non nostrum qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, vel à ligamento solui egemus. Quantæcunque enim religionis & sapientiæ laicus existat, vel etiam si vniuersa virtute interius polleat, donec laicus est, ouis vocari non desinet. Hactenus ille. Ita & Valentinianus per Thraciam Rhomam properans, Heracliæ Præsuli Hispatiano petenti, vt emendationi dogmatis interesset, respondit sibi phas non esse talia perscrutari, sed Sacerdotum esse eam curam, vt apud semetipsos congregentur vbicunque voluerint. Hinc est quod Ambrosius non dubitauit ad Valentinianum contra Auxentium scribere, inquiens, Si scripturarum seriem diuinarum, vel veterum tempora retractemus, quis est qui abnuat in causa fidei, Episcopos solere de Christianis Imperatoribus, non Imperatores de Episcopis iudicare? Hinc etiam quòd Martianus Imperator in Calcedonensi Concilio dixit, se ad conseruandam fidem, & non ad potentiam ostentandam, exemplo gloriosissimi Principis Constantini Synodo interesse, vt inuenta veritate, non vltra multitudo prauis doctrinis attracta, discordaret. Item, Sunt, inquit, quædam certa capitula, quæ bonorum respectu, vestræ reseruamus sanctitati, congruum rati regulariter à vobis ista Synodali disponi consilio, potiùs quàm nostris legibus statui. Vnde manifestè immunitas Ecclesiarum constat. Qui fit verò, inquis, quod Papa cum suis Politicum vel Laicum iudicium fugiat, cùm tamen CHRISTVS ipse passus sit se iudicari à Pilato iudice Laico? Quia Imperatores, vt audiuisti, eam potestatem remiserunt, eáque se abdicarunt. Deinde egregiam rem moliris, vt omnes iudices Christiani sint Pilati. Hinc quoque primatus sedis Apostolicæ elucescit: quando Pontificem, etiam Concilio errante deprehendamus

De immunitate ecclesiastica.

Laicis non licet de rebus ecclesiæ sermonem habere.

Imperatores à Pontificibus iudicantur.

Obiectio.

Solutio.

non errare, sed Spiritu sancto pollere, prophetare, &c. vt in Cornelio suprà ostendimus. Neque verò frustrà Dominus Iesus ait ad Petrum, *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis.* Verba clara sunt, non indigent expositione. Ita omnes patres, omnia concilia Christum locutum fuisse de primatu Petri testantur. puta Origenes, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Hilarius, Cyrillus, Leo, Gregorius, concilium Calcedonense, &c. & eandem potestatem confirmasse post resurrectionem cùm ait, *Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei. Etiam Domine tu scis quia amo te, dicit ei, Pasce agnos meos,* quod tertio quoque repetijt, *Pasce oues meas.* Item, *Simon, ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Vnde manifestè constat præcipuum fuisse Petrum apostolorum, veluti cui fratrum cura demandata fuit. Multa in eandem rem adduci possent argumenta, quæ veluti superuacanea prætermitto. Nam qui Christo non credit, minus credet alijs. Est aliquid, inquis, quod adducis, & sanè simplicibus & indoctis istiusmodi argumentis facillimè imponere potes: mihi verò scripturas intelligenti non item. Nam quod autoritatem Christi affers, eam ego tantum abest vt negem, vt etiam toto pectore amplectar, tuam autem interpretationem planè repudio. Non enim Petro promisit, aut dedit claues pro persona sua, sed quia gerebat personam ecclesiæ: Alioquin ædificata ecclesia super Petro homine iam ad vocem vnius ancillæ corruisset. Deinde attestante Paulo ad Corinthios, petra illa erat Christus, & non Petrus. Tandem dum Petrus decimo octauo anno post passum Christum adhuc Ierosolymis versaretur, vbi tum fuit ecclesia Rhomana? Nónne Petrus est membrum ecclesiæ? quomodo igitur caput? quomodo Petrus esse potuerit petra, ad quem Christus ait, Vade post me Satana? Siccine Neopiste tibi libet ludere? Nónne ipse concedis Petrum gessisse personam ecclesiæ? at persona ecclesiæ, totam ecclesiæ potestatem continet. Ergo Petrus & successores Petri, vel tua sententia plenam & indubiam ecclesiæ potestatem possident. Neque enim ego aio CHRISTVM Petro tanquam priuatæ personæ eam potestatem contulisse, sed quod Apostolus, quod Apostolorum princeps, quod persona publica iam esset. Atque ita claues vni Petro CHRISTVS dedit, in vnitate ecclesiæ, quam repræsentant. Cur ergo successoribus Petri Pontificibus Rhomanis, cur illorum potestati resistis? Nónne voluntati Dei, nónne Deo ipsi resistis? Non est verò quòd nobis ancillam illam obijcias, ad cuius vocem corruisse Petrum blateras. Etenim non negauit CHRISTVM Petrus, vt Pontifex; sed veluti vna ex dispersis ouibus; non in spi-

De primatu Petri. *Obiectio.* *Solutio.*

in spiritu, sed in carne quæ infirma fuit. Deinde huius negationis hæc fuit causa, ex singulari Dei prouidentia, vt ipse conuersus humanam infirmitatem in se agnosceret; quam antea videre non poterat, cùm fortem animi societatem ad mortem vsque profiteretur. vtique perseuerantiam in fide, non humanis viribus, sed singulari gratiæ Dei adscriberet: postremò vt fratribus dispersis, sua infirmitate mederetur, & conuersus illos in fide confirmaret. Multis sanè casus Petri, qui alioquin desperassent, salutem peperit, salutem seruauit: in primis cùm, quod ille antea quæsierat, Quoties fratri suo in die peccatum remittere deberet? ipse in se ipso expertus esset. Cecidit ergo Petrus vt persona priuata, vt homo carnalis, resurrexit autem vti publica persona, vti Apostolus, vti spiritualis homo pro quo Christus rogauerat, vti imago ecclesiæ, vt iam non cecidisse, sed confirmasse labascentem ecclesiam videatur. Quod ad Petram attinet, de qua Apostolus prima ad Corinthios, capite decimo loquitur, illa erat nubes in deserto, ex qua Moses populo aquam produxit. Ille aquæ potus inquit in spiritu significabat, aquam vitæ, quæ aqua ex CHRISTI corpore erat in cruce manatura, qua abluuntur omnia peccata, & sitis inextinguibilis extinguitur, vt quicunque illam biberit, non sitiat in æternum. Petra verò de qua hîc CHRISTVS loquitur. non illam deserti ex qua aqua eliciebatur repræsentat quæ figura erat figurati Christi: sed aliud innuit, videlicet firmum & constans, ac inconcussum (quod verba Christi expressa testantur) ecclesiæ ædificium, quod est corpus Christi. Vt quemadmodum domus petræ superædificata nullis aquarum, tanquam illa quæ arenæ superstructa est, vndis & fluctibus conquassari & euerti, ita ecclesia doctrina Petri superextructa, nullis vnquam hæreticorum & schismaticorum oppugnationibus succumbere posit. Quo vtique argumento perpetuitas ecclesiæ Rhomanæ probatur: quod & res ipsa testatur. Omnium enim apostolorum ecclesiæ, vt suprà retuli defecerunt, hæc vna & sola Petri ecclesia, in hanc vsque horam, constans & florens permansit. quia quemadmodum duodecim regna erant Israelis, ex quibus sibi delegerat Dominus tribum Iuda, ex qua ortus est, ita duodecim apostolorum ecclesiæ erant, ex qua sibi Christus delegit eam, quam Petrus ædificauit, quæ super doctrina Petri extructa est, tanquam firmissima petra, quam nulli aduersariorum impetus euertere hactenus potuerunt. Nónne iam toties Rhomana ecclesia oppugnata, varijs hæreticis, varijs schismatibus, varijs hostibus fuit? semper tamen victrix euasit. Persecutiones certè grauissimas vndecim pertulit, scilicet Neronis temporibus, Domitiani, Traiani, Marci Antonini & Lucij Aurelij, Seueri Imperatoris, Maximi, Decij, Valeriani, Aureliani, Diocletiani & Maximiniani, atque Iuliani apostatæ: taceo alias iniurias, direptiones & afflictiones, quas Ecclesia Rhomana etiam à domesticis

sticis sustinuit. Schismata autem quinquaginta vsque ad Eugenium quartū passa est, vt in libro de veteri effigie enumeraui. Hæreses varias non est quod commemorem: hæc tempora abundè satis docent, quibus omnes illæ propè veteres hæreses reuocatæ ab inferno vigent, & ecclesiam Rhomanam acerrimè insectantur. Quæ quoniam ædificata est super Petri doctrina, iuxta verbum Dei non corruet, sed tanto formosior & potentior manus hostium euadet. Neque refert quocunque anno Petrus Rhomam venerit, modò eò applicuerit, & Christus quod prædixit impleuerit. Ita enim cauillati sunt & Christum Iudæi, qui dicebant, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Sed etiam erras Petrum anno decimo octauo post passionem CHRISTI primùm Rhomam venisse: Nam si compures quinque annos, quibus in Ponto & Asia fuit, & annos septem in Antiochia, & tandem quod migrauerit Rhomam, & anno decimo octauo Rhoma Ierosolymam ad Concilium profectus sit, maturius Petrum Rhomam applicuisse deprædhēdes. Deinde Petrus erat summus Pontifex, vbicunque erat: quamuis Marcellus sanctus Martyr referat illum sibi Rhomæ sedem elegisse, vt ita prius fuerit summus, quàm Rhomanus episcopus. Quid est quod de membro obijcis? quasi caput non sit membrum corporis: quasi qui minor sit, non sit maior, sicut Christus ipse Lucæ nono docuit quasi diuerso respectu & summus esse, & par, & minor esse non possit. Ita CHRISTVS summus est in Ecclesia, par in diuinitate, minor quo ad humanitatem. Ad eundem propè modum Petrus summus est vocatione & ministerio, par fraternitate, minor humilitate. Quocirca & caput est, & membrum, & peripsema, sicut Paulus prima ad Corinthios quarto testatur. Quod autem Christus Petrum Satanam appellauerit, id factum est non propter ipsum, sed propter Satanam qui eum cribrabat, eique ignoranti cogitationes & verba ingerebat, quæ CHRISTI passioni, & saluti nostræ aduersarentur. Nihil ergo facis, cùm tam impudenter primatum Petri demoliri contendis. Nihil verò? Quomodo Petrus habuit potestatem in Apostolos, in quem Apostoli potestatem exercuerunt, dum ipsum & Ioannem in Samariam mitterent? Nónne missus minor est mittente? Minimè verò, Arrianorum est hoc argumentum, quo filium patre minorem probare nituntur. Est phrasis hæc peculiaris scripturæ sacræ, vt mitti dicantur, qui potiores & præcipui sunt, & magis apti ad rem aliquam conficiendam. Petrus ergo & Ioannes præcipui Apostolorum, quorum hic à Domino dilectus est maximè, ille omnibus præfectus, vt conferant in Samaria Spiritum sanctum, & constituant Ecclesiam, missi à Spiritusancto fuerant per os Apostolorum, id est hi duo nomine omnium Apostolorum profecti erant eò. Ergo, inquies, Petrus hac ratione non erit summus cùm Iohannem sibi adiunctum habeat. Habet equidem, non ideo quod potestas Petri non sufficeret, sed vt

Obiectio. (margin, beside "primatum Petri demoliri contendis")

Solutio. (margin, beside "missus minor est mittente")

laborem

laborem tantum facilius adiuuante Ioanne perferret, in imponen. videlicet manibus: nondum enim in quenquam illorum venerat ritus sanctus, sed baptizati tantum erant in nomine Domini. Vnde etiam constat eminentia Petri & Ioannis, qui spiritum sanctum tandem, maius videlicet donum conferrent baptizatis. Deinde supra ostensum est, nō impedire Christo ita docente, aliquem esse maiorem, etiamsi minorem se ostendat. Hinc manauit titulus pontificum Rhomanorum, Seruus seruorum, &c. Quod autem iam quo ad fortunas opulentior sit Ecclesia, quàm fuerit tempore Petri, & Petrum non eo primatu vsum, nec contulisse pallium, nec confirmationem dedisse obiectas: puto nec te ignorare, nugas esse, quas obijcis. Primatum certè exercuit, cùm Matthiæ ordinationem in Apostolum direxit, cùm in ipso die Pentecostes omnes Apostolos, defendit, cùm præsente Ioanne sanauit claudum & coram populo defendit, cum se ac Ioannem in concilio propugnauit, cùm ad pedes Petri omnes bona diuendita proijciebant, Cum in Ananiam & Saphiram sententiam mortis tulit, cum Simonis Magi maledictam nundinationem coërcuit, cùm iussus Gentes viso linteo, in quo erant bestiæ & reptilia in Ecclesiam reciperet, cum in concilio Apostolorum sententiæ cessationis legalium esset autor. Quod ad pallium attinet, nihil aliud est quàm contributio, de qua sæpius Apostolus agit, quamobrem etiam offertoria instituta sunt, & Annatæ, id est medij siue primi fructus, quos pro confirmatione curia Rhomana exigit, & appellat redemptionem pallij. Hæ Annatæ descendunt iure diuino ex libro Numeri, quia succedunt in locum decimæ decimarum: & Nehemia, vbi scriptum est, Et Leuitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri, ad gazophilacium in domo thesauri. Ad gazophilacium enim deportabant filij Israël, & filij Leui primitias frumenti, vini & olei, & ibi erant vasa Domini sanctificata, & sacerdotes & cantores, & ianitores & ministri, & non dimittemus domum Dei nostri. Has meritò, autore Hostiense, Rhomana Ecclesia exigit, etiamsi nullum ius haberet, vel necessitate cogente, quando nec de suo possit omnibus prouidere: & ait eam Annatarum consuetudinem antiquissimam esse. Quæ concilio etiam Viennensi, cui præsedit Clemens quintus, approbatæ sunt. Præterea annatas puto ab Apostolis apud Christianos initium sumpsisse. Quotquot enim possessores agrorum & bonorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Tandem crescente multitudine primò septem dispensatores constituti sunt, Postremò constitutum, vt quilibet domui suæ benè præesset, & contributiones facerent: quarum contributionum Apostolus sæpius meminit: nam qui altario seruit, vt de altario viuat necesse est.

Papa cur seruus seruorū.

De pallio & Annatis.

Annatæ ab Apostolis manarunt.

Et licet vbi Ecclesia diuitijs creuisset, Leo secundus instituerit

ne ad,

ſie ad Archiepiſcopatum aſſumptus pro vſu pallij aliorumúe officiorū quicquam Eccleſiæ perſolueretur: nihil tamen de dignitate pallij detraxit. cuius dignitatem tandem integro libello Ioannes quintus patefecit. Huc & confirmatio ſpectat, vt ex actis Leonis apparet: nam & patriarcharum eſt, nomine Papę confirmare ſuos Epiſcopos, ſicut Theſſalonicenſem feciſſe conſtat. Neq; verò pallium aliud quàm plenitudinē poteſtatis deſignat, qua cum pontifice maximo participant patriarchę, archiepiſcopi, & pauci quidam Epiſcopi, ex quorū numero in Germania Bambergenſis eſt: quibus idem eſt pallium, quod Epiſcopis confirmatio. Hæc denique ad ordinem eccleſiaſticum pertinent, vt omnia in Eccleſia iuſto modo, & recto ordine fiant, ſicut ſuprà in Moſe oſtendi.

Quid palliū.

Obiectio. Nónne, inquis, Chriſtus expreſsè apud Lucam capite vigeſimo ſecūdo id prohibet, Reges, inquit, gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur, vos autem nō ſic.

Reſponſio. Prohibet vtiq; ambitionem & tyrannidem poteſtatis: non pietatem, non humilitatem, quæ poteſtas ſpectat ad ædificationem Eccleſiæ, ad gubernationem, ad conſeruationem: vt ita miniſtratione potiùs potens ſit, quàm donatione. Sic enim Chriſtus venit miniſtrare non miniſtrari. idcirco tamen nō ſequitur, Chriſtum nullam habuiſſe, aut habere poteſtatem. Neq; enim fruſtra ait ad Corinthios Apoſtolus. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus. Quibus verbis ſatis indicat, Apoſtolos miniſtros ſpiritualium eſſe meſſores autem carnalium. Perperam igitur miniſterium ſpirituale, cum meſſe carnali confundis. Secularia enim iudicia, idem Apoſtolus ait, committenda eſſe ijs, qui in Eccleſia contemptibiles ſunt, Apoſtolorum autem iudicia ſe altius extendere, cùm ſtatuit fideles non ab iniquis, quia potiùs à ſanctis iudicare debere. An neſcitis, inquit, quoniam ſancti de hoc mundo iudicabunt? Et ſi in vobis iudicabitur mundus: indigni eſtis qui de minimis iudicetis? Neſcitis quia Angelos iudicabimus, quantò magis ſecularia? Secularia igitur iudicia ſi habueritis: cōtemptibiles qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum. Ad verecundiam veſtram dico. Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam, qui poſsit iudicare inter fratrem ſuum? ſed frater cum fratre in iudicio contendit, & hoc apud infideles? Hæc ille. Vnde patet eminentiſsima poteſtas & iudicium pontificum, quæ ſe non modò ad ſecularia negotia, ſed etiam ad Angelos ipſos extendit. Atq; ſecularia quidem iudicia nō aufert, ſed indigna eſſe tantæ poteſtati dicit, atq; ideo minimis committenda: ne vllo modo ab infidelibus quiſquam fidelium iudicetur. Qui equidem locus validiſsimè Eccleſiaſticam poteſtatem tuetur.

Poteſtas pontificum.

Obiectio. Cur ergo, inquis, filios Zebedæi ad hanc poteſtatem aſpirantes tacitè reprehendit?

Reſponſio. Quia poteſtas illa Chriſti erat, honor Chriſti, vocatio Chriſti. Ideo reſpondit, Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicē quem ego bibo: aut baptiſmo quo ego Baptizor baptizari? At illi dixerunt, Poſſumus. Ieſus autem ait eis, Calicem quidem quem ego bibo bibetis, & baptiſmo quo ego baptizor

tor baptizabimini: sedere autem ad dexteram meam, & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. En verba Christi clara & dilucida sunt, cur illam potestatem summam illis neget. Quia Christus filius Dei solus reliquus fuit innocens, qui suo calice, quem pro nobis effudit, & suo baptismo, quo consepulti in illius mortem, & peccato mortui sumus, nos omnes nocentes & peccatores è faucibus diaboli eripere potuit: solus proinde meruit illam gloriam accipere, vt sedeat ad dexteram Patris. Qui fit igitur, inquis, vt illud sedere, eorum dicat esse quibus paratum est? Obiectio. an non etiam filijs Zebedæi, qui ex apostolorum numero erant, paratum erat, ad quos dixit, Disposui vobis vt sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel? Deinde cùm Christus à patre omnem potestatem acceperit, & in cælis, & in terris, quomodo illud sedere non sit in potestate sua, non video. Est quidem in potestate sua, sed Solutio. non vt alijs det, Gloriam enim suam alteri non dabit, inquit Esaias. Quod autem sessio illa Christo tantùm parata sit, testatur Psaltes regius ita canens, Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem & præcinxit se. Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. Parata sedes tua ex tunc: à seculo tu es. Quomodo autem Christus sedebit ad dexteram simul & sinistram? ijs videlicet ad dexteram sedebit, qui in illo die à dextris suis erunt, ad quos dicet, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: illis verò ad sinistram, ad quos dicet, Discedite à me maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Quare ergo in plurali numero quibus paratum, & non potius in singulari Cui paratum dixit? Quia cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebunt & Apostoli super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël. Nonné hoc est sedere Obiectio. à dextris & sinistris? vtique. Id tamen paulò antè negabas. Negaui Solutio. illos ad dextram virtutis Dei, quod soli Dei filio Christo competit: non negaui autem illos super thronos, super sedes duodecim, à lateribus Christi sessuros. Quid aliud filij Zebedæi, quàm talem sessionem petierunt? Minimè verò. Huius enim sessionis promissionem præcedenti capite iam acceperant, atque ideò, cùm id mater filiorum Zebedæi intellexisset, petijt à Christo, vt duo sui filij Iacobus & Iohannes sessionem superiorem apud eum haberent, vt videlicet alter ad dextram, alter ad sinistram eius sederent. Hoc demum ideo negauit, quòd hæc sua foret gloria, quam sua morte, suóque sanguine esset adepturus, & ascensurus super omnes cœlos vt omnia impleret. Propter quod Deus exaltauit illū: & donauit illi nomen, quod est super omne nomē: vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, & terrestriū, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. In hoc igitur Christo Deus conresuscitauit nos, qui credimus secundū operationē potētię virtutis eius, & cōsedere fecit in cælestibus:

F vt osten-

vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos, quam operatus est in Christo Iesu, suscitans illum à mortuis,& constituens ad dexteram suam in Cælestibus, super omnem Principatum, & potestatem,& virtutem,& dominationem,& omne nomen quod nominatur,non solùm in hoc seculo,sed etiam in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit, caput super omnia ipsi ecclesiæ,quæ est corpus ipsius,& plenitudo siue complementum eius,qui omnia in omnibus adimplet, & in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Vnde constat abundè satis quid mater filiorũ Zebedæi petierit,Cur Christus renuerit, quomodo Christus ad dexteram sedeat,& principatum teneat, quomodo denique in Christo omnes fideles sint,& illi confideant. Quare Hieronymus apposité inquit, Christum videlicet voluisse hac ratione suos ad summitatem virtutum,non potentia,sed humilitate peruenire: vt nõ negarit potestatẽ, sed ad eam consequendam viã ostenderit,quò scilicet paruuli fierẽt,humilitate,nõ sensu & ætate. Nã qui minor est,inquit inter vos omnes,hic maior est. En,qua via docet incedendũ, vt quis maior sit,& summã illã potestatem adipiscatur? Si Petrus maior fuit,inquis,cur ergo Paulus illi in faciem restitit? Cur verò? quia par Petro electione (Paulus siquidem vas electionis dicitur)erat,sed neque Paulus,quin potius spiritus Domini in Paulo id egit. Idcirco ad Galatas ait,creditum est mihi Euangeliũ præputij,sicut & Petro circuncisionis. Nam qui efficax fuit in Petro ad apostolatum circuncisionis,efficax fuit & in me circa gentes. Cumque cognouissent gratiam mihi datam Iacobus,& Cephas, & Ioannes:qui videbantur esse columnæ,dextras dederunt mihi ac Barnabæ societatis vt nos in gentes,ipsi verò in circuncisionẽ apostolatu fungeremur,tantũ vt pauperum memores essemus. Hæc ille. Hinc apparet & gratia Paulo concessa,& Apostolatus æqua functio :potestatis tamen diuersa. Nam Paulus & Barnabas segregantur ad gentes & datis manibus Iacobi, Cephę & Ioannis confirmantur. Reprehendit ergo non Petrum,nõ doctrinam Petri,non Apostolatum Petri,nõ potestatem Petri, sed vlteriorem conniuentiam. Satis enim confirmati erant in fide, vt tandem Iudaismus aliquando deponeretur, ad hanc rem maturandam sua reprehensione Petro autor fuit, idque in spiritu sancto, ex quo Paulus loquebatur, vt magis hortari Petrum ad ædificationem ecclesiæ,quam in destructione reprehendere visus sit. Nonné tute locum scripturæ allegasti,quo ille tuus Petrinus primatus corruit? Quid ita? Iacobum enim Petro Paulus præponit, vt meritò Iacobus prior sit Petro. Ita quidem,prior est martyrio,sed nõ potestate. Fuit prior martyr,fuit primus episcopus ab Apostolis Ierosolymis cõstitutus, fuit ex sorore Mariæ matris,frater Domini:fuit iustitiæ vsq; adeò amãs vt iusti cog.obtineret:fuit eo vsq; pius, vt solus sancta sanctorũ ingrederetur,& ita assiduè pro salute populi flexis genib. oraret,vt eius genua camelorũ

Obiectio. (margin, beside "maior est. En,qua via…")
Solutio. (margin, beside "in faciem restitit?…")
Obiectio. (margin, beside "scripturæ allegasti…")
Responsio. (margin, beside "sit Petro. Ita quidem…")

more occaluerint: fuit deniq;(vt Ignatius tradit) facie, vita & conuersationis modo Christo Iesu simillimus. His de causis à Paulo priori loco fortè nominatur. Sed quid hoc ordine opus erat, cùm Christus hunc maiorem concluserit, qui se minorem profiteretur? Notum est historijs Petrum Clementi quasi ex testamento succesionis locum tradidisse. Verùm Clemens tantę fuit modestiæ, vt coegerit Linum, ac Cletum ante se munus pontificatus obire: ne posteris hæc principatus ambitio perniciosi exempli haberetur. Hinc tamen nec Petri, nec Clementi potestati quicquam decessit. Quid me quæso crucias? Mitto Paulum, oppono Irenæum Lugdunensem, oppono Polycarpũ Smyrnensem episcopos, quorum alter, quo minus victor excommunicaret Orientales, prohibuit, alter, vt sibi Anicetus cederet, compulit. Non ita est Neopiste, mala fide refers. Irenæus enim non prohibuit Victorem ab excõmunicatione, sed rogauit, & monuit, atq; cõsuluit, vt haberet ratione concordiæ & pacis ecclesiæ, néue turbatio moueretur in ecclesia, quod fieri putauit, si excommunicatio secuta fuisset Deinde Polycarpus Smyrna venit ad Anicetũ, id est Græcus ad Rhomanũ, quia Anicetus statuerat vt Pascha Dominico die celebraretur, cui institutioni restiterunt Orientales, qui iussu sancti Ioannis. 14. luna primi mensis celebrabant. Hac de re Polycarpus cum Aniceto contulit, cui Anicetum, vt in suam veniret sententiam, persuadere non potuisse, testatur Eusebius. Hócne est prohibere? hoc cedere? Nónne verò, inquis, Orientales episcopi Iulio Papæ restiterunt? Vtique hæretici, qui expulerant Athanasium & Paulum, qui confugientes ad Iulium, citatis & excommunicatis hæreticis, fuerunt restituti. Quo vel solo argumento tua vesania concidit, & planè constat Papam Iulium ante M CC. annos habuisse potestatem in Orientales Episcopos Asiæ & Aegypti. Fac autem, fuerint quædam ecclesiæ, quæ Rhomano pontifici negarint obedientiam, an idcirco potestas Petri imminuta fuit? an ideo potestas Christi nulla fuerit, quod Christum Iudæi nõ modò repulerint, verumetiam trucidarint? Existimo, inquis, primatum Papæ fluxisse à Constantino quarto primùm. Imò verò id falsum esse, iam abundè demonstraui, ex sacris literis, confirmantibus idem Imperatore Constantino, Valẽtiniano, Gratiano, Theodosio, Martiano, Basilio, & alijs. Hoc tamen admitto, Constantinum quartum, remisisse confirmationem Papæ electi, quam Imperator antè suo modo facere solebat. Etenim ad Benedictum II. Constantinus Imperator hominis sanctitate permotus sanctionem misit, vt deinceps quem clerus, populus, exercitúsque Rhomanus in Pontificem delegisset, eundem statim verum Christi vicarium esse omnes crederent: nulla aut Constantinopolitani principis, aut Italiæ hexarchi expectata autoritate, vt antea fieri consueuerat. Id enim ratum erat in creando Pontifice, quod Princeps confirmasset: vel qui eius vices in Italia gerebat. Ita patet, ne eiusmodi quidem delectionem quicquam obfuisse potestati Pontificiæ. Sed Theophilus, inquis, Alexãdrinus & Epiphanius deposuerũt Chrysostomum

Obiectio. *Responsio.* *Obiectio.* *Responsio.* *Obiectio.* *Responsio.* *Obiectio.*

Responsio. stomum. Quid tum postea? & Thurcæ hodie deposuerũt & destruxerũt reliquorum apostolorum ecclesias: idcircóne aliquid Pontificiæ potestati decedit? quæ spiritualis est, & non carnalis. Cæterùm & hic erras, nam Eudoxia Imperatrix illum eiecerat, quem postea Innocentius Papa restituit: cùm Archadius Imperator resistens Papæ & Chrysostomo excommunicatus fuit. En & hic Græcia paruit Pontifici Rhomano. *Obiectio.* Nónne Epiphanius excommunicauit Ioannem Ierosolymitanum? *Responsio.* Minimè verò, sed à Synodo Antiochiæ damnatus est. Antiocheno namque patriarchę & Archiepiscopo Cæsariensi Ierosolymitanus episcopatus parebat. *Obiectio.* Nónne Nicænum Concilium testatur episcopum curam gerere suburbanarum ecclesiarum. vt quid ergo pontificialis potestas? *Responsio.* Insanis, vt video. Canon sextus illius Concilij sic habet. Mos antiquus perduret in Aegypto, Lybia, & Pentapoli, & Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem, quãdoquidem & Rhomano episcopo parilis mos est. Similiter autem apud Antiochiam, & cæteras prouincias honor suus vnicuique seruetur ecclesiæ. Quo equidem Canone non prohibetur primatus Rhomanæ ecclesiæ, sed tantùm trium ecclesiarum patriarchalium autoritas, scilicet Rhomanæ, Antiochenæ & Alexandrinæ confirmatur. *Obiectio.* At enim, inquis, hoc volo. Rhomanam ecclesiam parem Antiochenæ & Alexandrinæ tute concedis: quomodo ergo supremam? *Responsio.* Nihil refert vt tres episcopatus æquè ditione ipsa latè pateant: modò potestate excedant. Ita hodie Monasteriensis episcopus tres possidet episcopatus, Monasteriensem, Osnabrugensem, & Paderbornensem, quarum ditione facilè æquat Archiepiscopum Coloniensem. non tamen sequitur illum potestate dignitati Archiepiscopali parem esse. *Obiectio.* Imò verò, inquis, diuersa est similitudo. Tu confers episcopatus cum Archiepiscopatu: ego porrò patriarchatus inuicem confero. *Responsio.* Rectè: at Coloniensis sedes respectu sui non est nisi episcopatus, sicut nec Rhomana sedes ratione sui aliud est quàm simplex episcopatus. At respectu aliarum sedium, quarum confirmationem penes se habet Coloniensis præsul, iam Archiepiscopus dicitur. Eadem ratione Rhomanus patriarchatus per se quidẽ par est Antiocheno, & Alexandrino, ea tamẽ ratione, qua in vtrunque Rhomanus potestatẽ habet, iam papatus dicitur. *Obiectio.* Hoc demũ fac planum: quod Rhomana sedes se in illas sedes vnquam extenderit. *Responsio.* Puto, nisi prorsus sis sine mente, ex suprà dictis, quod quæris, iam sufficienter elucere, Papam scilicet semper habuisse in Orientales episcopos potestatem. Ac si hoc ipsum Nicænum concilium rectius consideres, idẽ nulla difficultate deprehendes? Nónne Nicæa est in Asia? est. Nónne Osius Cordubensis nomine Papæ præsedit Concilio? vtique. Nónẽ primus subscripsit non nomine suo, veluti reliqui episcopi omnes, sed nomine Papæ? Adhúcne etiã in Asia dubitabis de primatu Papæ? Item, Nónẽ in eodem Concilio conclusum est, vt in causa depositionis episcopi possit appellari ex toto orbe ad Rhomanũ pontificẽ? nonnẽ huic innitebatur Athanasius, huic Chrysostomus, & obtinuit? Nónẽ ecclesia Aphricæ relu-

ctabatur

ſtabatur Zozimo papæ in reſtitutione Appiarij, & certior tandem facta Nicæni illius Concilij acquieuit? Videas nunc & Aphricam Pontifici Rhomano morem geſsiſſe. Tamen, inquis, idem ſtatuit Concilium, vt Epiſcopi ordinentur, à tribus prouincialibus epiſcopis, nō à Papa. Quid hoc ad primatum? Rarò enim à Pontifice Epiſcopi ordinantur: ſed ad eam rem deputantur ſaltem tres epiſcopi. Nonné verò eodem Concilio primatus non Rhomano, ſed Ieroſolymitano tribuitur? Nullo pacto. Hæc ſunt Canis verba, Quia conſuetudo obtinuit, & antiqua traditio, vt Heliæ epiſcopus honoretur, habeat honoris conſequentiam, ſalua Metropoli dignitate. En tantum abeſt, vt primus hic ſtatuatur epiſcopatus Ieroſolymitanus, vt etiā Metropolitano, videlicet Cęſarienſi, ſubijciatur. Et licet eccleſia Ieroſolymitana prima fuerit tempore, at non dignitate. Vrges deinde Concilium Aphricanum quartum, Rhomanū epiſcopū non appellare principē ſacerdotū, ſed tantum primæ ſedis epiſcopū. Deinde ſtatuit, ne etiā Rhomanus epiſcopus vniuerſalis appelletur: Quocirca & Pelagius & Gregorius nomē vniuerſalis epiſcopi renuerūt. Quo vtroque loco nihil magis ac antea proficis. Cùm enim Rhomanam eſſe primam ſedem Concilium fatetur, primatum cōcedit: cùm vniuerſalis epiſcopi nomen vetat, non poteſtatē intelligit, ſed ne vnus pluribus, ſed ſinguli ſingulis epiſcopatibus præſint, ſingulas ſedes teneant, vt ſcilicet quot epiſcopatus, tot epiſcopi ſint: id tamen Pōtificis Rhomani eminentiæ nihil detrahit, quin ſuper omnes & emineat, & poteſtatem habeat. Ordinem autem neceſſarium eſſe in eccleſia, ſuperius vel exemplo Moſis oſtenſum eſt. vt quemadmodum res grauiores referebantur ad Moſen, ita referantur res arduæ fidei ad Pontificem Maximum, id quod fecit Hieronymus referens ex Aſia ad Damaſum, Auguſtinus ex Aphrica ad Innocentium & Bonifacium, ac Cyprianus ex Carthagine ad Cornelium, Athanaſius ex Aegypto ad Marcum & Iulium, Ambroſius Mediolano ad Anaſtaſium. Hoc ordine factum eſt, vt in eccleſia non vnus, non pauci, ſed plurimi eccleſiæ miniſtri ſint: vt quemadmodum lege naturæ omne primogenitum gaudebat priuilegio ſacerdotij, & in eorum locum lege ſcripta tota tribus Leui ſucceſſerit: ita lege euangelica apoſtolatus eiúſque ſucceſsio, & presbyteratus, diaconatus, & reliqua eccleſiæ miniſteriorum officia primum locum ſibi vendicant, veluti Deo dicata & conſecrata. Atque infinita erat primogenitorum multitudo: tribus etiam Leuitica numeroſa fuit: mirum non eſt hodie multos verbi Dei & eccleſiæ miniſtros eſſe, qui non tantùm Iudæam, ſed quoque Gentes vniuerſas paſcant: taléſque varios pro varietate populi, vt varia pietate & ſanctitate, varij ad Chriſtum conuertantur: hinc eſt quòd Paulus omnia omnibus fuerit, vt omnes lucrifaceret. Itaque monaſticam vitam, & id genus religioſorum deuotionem, nemo ſpernat: quin potius contribuat in eorum vſum, & ſuſtentationem, vt illi viciſsim vita contribuatur æterna. In horum enim ſubſidium conſtitutæ ſunt decimæ, quas præcipit Moſes promptè offerre, & primitias frugū terræ in do-

Obiectio. *Reſponſio.* *Obiectio.* *Reſponſio.* *Obiectio.* *Reſponſio.*

in domum Domini Dei deferre: quæ omnes ad sacerdotes pertinent. Hinc est, quod August. ait, Decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt. dignus enim est operarius mercede sua? Etenim quis militat vnquam proprijs stipendijs? Non est alligandum os boui trituráti. Idcirco inqt Apostolus, Si nos vobis spiritualia seminauimus magnū est si nos carnalia vestra metamus. Et, q altario deseruiũt, cũ altario participant. Propterea ad Corinthios collectas à se ordinatas in Ecclesijs fieri præcipit, scilicet in vsum pauperum & ministrorum verbi Dei: vnde à colligendo collecta in Missa oratio nata est. Quamobrem Augustinus ait. Cùm, inquit, decimas dando, cœlestia & terrena possis promereri pro auaritia tua, duplici benedictione fraudaris, hæc est domini iustissimi consuetudo, vt si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuoceris, dabis impio militi, quod nō vis dare sacerdoti. Certè & Dominus habebat loculos, quos Iudæ fidei commiserat, à fidelibus oblata conseruans, & suorū necessitatibus (inquit idem Augustinus) & alijs indigentibus tribuebat: tunc primùm ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, vbi intelligeremus quod pcepit nō cogitandū de crastino, non ad hoc fuisse præceptū, vt nihil pecuniæ seruetur à sanctis, sed ne Deo pro ista seruiatur. Et alibi, Antiqui inquit, patres ideò omnibus copijs abundabant, quia decimas dabant. Ergo timendum est, eos non prosperari, qui religiosis etiam mendicantem inuident, & fratribus certum numerum (id quod hodie videmus, bona ecclesiastica etiam popularia deuorare, apud eos qui præda Ecclesiæ ditiores esse volunt) præscribūt, ignorantes Synagogæ largitatē, quæ tot millia Leuitarū in singulos dies alebat. Horum gratia tot ecclesiæ tot monasteria, tot semnæa, à maioribus deuotissimè extructa sunt quæ tu hodie summa impietate & vesania destruis. Nónne, inquis, Stephanus dixit, Excelsus non habitabat in manu factis? Sanè Paulus ad Athenięses ait, Hic cœli & terræ quū sit dn̄s, nō in manufactis habitat tēplis, nec moribus colitur humanis. Præterea Deus nō est in vno loco, sed vbiq; suos exaudit precatores. Idcirco Paulus vult viros orare in omni loco, leuantes puras manus. Et Christus inquit, veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Donatistas, Faustistasq; Neopiste, & Manichęorum, Sagarellorū, Massilianorumq; insaniā resuscitas. Hi enim templa omnia solo æquabant, & diripiebant: sensibiliaq; tēpla altaria, incēsa, simulachra & sacrificia in cœlestibus saltem collocabant: neque animaduertebant illud Irenæi, Munera, inquit, & oblationes, & sacrificia omnia in typo populus accepit. Quemadmodum ostensum est Mosi in monte Sinai ab vno & eodē Deo, cuius & nunc in Ecclesia glorificatur nomen in gentibus. Sed terrena quidē quæ sunt, erga nos disposita congruit typos esse eorum, quæ sunt cœlestia, ab eodem tamen Deo facta. Nec enim aliter poterat assimilari spiritalium imaginum. Hæc ille. Ita Christus in templo docuit, ex tēplo eiecit vendentes, inquiens, domus mea domus orationis vocabitur, vos aūt eam fecistis speluncam latronū. Et si dixerint vobis Christus in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus est, nolite credere.

De Ecclesijs ædificandis.

Obiectio.

Responsio.

Id tu hodie nónne impleuisti? quæris enim in nemoribus & in priuatis conuenticulis Christum. Frustráne Paulus & Barnabas constituerũt per singulas ecclesias presbyteros, in quibus Paulus pcepit mulieres tacere? Et quo infidelis vel idiota intrans, cadens in faciem, adoret Deum? Multis locis testatur August. ædificare ecclesias esse actum latriæ, quem soli Deo debet fides grata fideliũ: quare sanctis nõ ædificantur, nec cõsecrantur tẽpla, sed Deo in memoriã & venerationem sanctorũ. Neq; verò, inquit, hoc culpatur in sacrilegis ritibus paganorũ, ꝙ conseruant tẽpla, & sacerdotia instituũt, & faciũt sacrificia, sed quia hæc idolis & dæmonijs exhibẽt. Ideo Christianisimi principes immẽsas fecerũt sacrosanctis ecclesijs donationes & largitiones amplissimas: & vt vasa sacra, excepta redẽptione captiuorũ, nullo pacto distrahãtur, aut impignorentur, statuit Imperator. Tu ergo, dũ ecclesias dãnas, criptas & spelũcas amas, & illud Christi, Ecce relinquetur vobis domus deserta, amplecteris. Itaq; nõ eò ædificantur tẽpla, vt in manufactis habitet Christus, sed vt eò cõgregentur ij, in quibus Deus habitat, id est fideliũ corda, mẽbra Christi, viuum Christi tẽplum, in cuius medio dixit Christus se habitare, imò illã esse in se, & se vicissim in illa. Deinde huiusmodi tẽplum est typus ciuitatis illius cælestis, quę Apocalypsi describitur. Est deinde Deus vbiq; cõcedo: quid tũ postea? inde nõ sequitur, nõ debere fieri cõgregationẽ fidelium: aut idcirco nõ debuisse Israelitas Ierosolymã conuenire. Imò hoc argumẽto præuaricatus est Ieroboã, vt Iosephus testatur, persuadẽs populo, ne lõgo itinere fatigati orarẽt, & Ierosolymã ascenderent: cuius rei gratia tandem meritas pœnas dedit. Porrò orandum est vbiq;, maximè tamen in congregatione, cùm multorum preces plùs, quàm vnius, possint. Ita etiam adorare in spiritu & veritate, nihil impedit templi structuram: in quo id fit, quod obijcis. Atenim, inquis, ad quid ergo longæ illæ Pharisæorũ orationes & horæ? Vtique nõ frustra ait Christus, Non omnis, qui dicit mihi, dñe, dñe, intrabit in regnũ cælorũ. Itẽ, Scit pater vester quid opus sit vobis antequam petatis eum. Tandem, Orantes nolite multum loqui sicut ethnici faciunt, putant enim, quòd in multiloquio suo exaudiãtur. Sanè Neopiste, non incassum Dominus ait, Vigilate & orate, vt non intretis intẽtationẽ. Et Apostolus ad Ephesios præcipit orare in spiritu in omni tempore, & in illo vigilare: & ad Colossenses semper orandum censet: & ad Thessalonicenses nocte ac die abundantius orandum esse vult, & quidem sine intermissione. Verùm tu & hic spernentiũ pces hæreticorũ ante mille & ducentos fermè annos sepultorũ excitasti hæresim, atque Nyctagũ, qui vigilias damnabant. Neque verò nos hypocriticã orationẽ, sed eam potius, quæ ardenti pietate incenditur, requirimus & cõmendamus. Quòd autẽ Pater noster cælestis antequã oremus sciat, quibus egeamus, nõ sequitur, nõ esse rogandũ. imò tantò fidentius est orãdus, ꝙ certi simus illum & scire nostram egestatem, & quia sit eo clementius nos exaudire. Multiloquium porrò idcirco prohibetur, ꝙ ethnici sibi in illo adblandiantur, & placeant: at non est ostentandi sicut ethnici consueuerunt, sed pietatis, & necessitatis gratia orandum.

Obiectio.

De oratione.

Responsio.

Ita orauit Christus prolixè, orauit Anna & multiplicauit preces, & Christus pernoctabat in oratione. Ardenti igitur pietate incensæ orationes, non dicuntur multiloquij, non ostentationis, sed spiritus & veritatis. Et licet Deus nostris orationibus, ieiunijs, sacrificijs, incensis, bonis operibus non indigeat: hæc tamen à nobis, inquit Irenæus, propter nos fieri vult, ne simus infructuosi: ita ad ipsum verbũ dedit populo præceptum faciendarum oblationum, quamuis nõ indigeret eis vt disceret Deo seruire. Sic & ideo nos quoque offerre vult munus ad altare frequenter sine intermissione. Hæc ille. Propter quod regius vates media nocte surgebat ad confitendum Deo, & per singulas noctes lauabat lectum suum. Sed & media nocte, inquit Christus clamor factus est, Ecce venit sponsus. Hinc ortæ sunt vigiliæ Christianorum & monachorũ ait Hieronymus. Media profectò nocte dum Christus oraret in monte Oliueti, à Iuda proditus est, & à Iudæis captus. Nocturnarum idcirco laudum autor fuit in Alexandria Marcus testis est Philo, Eusebius, Cassidorus: vnde? nisi quia à petro accepit, sicut & euangelium? Cuius ideò interpres ab Hieronymo nuncupatur. Hanc rem vberius effigie veteris Ecclesiæ pertractaui. Huc spectant ieiunia Christianorũ & omnes sanctę obseruationes. Sed quæris, qualenám putem ieiunium? illudné abstinere à cibis, an verò quod descripsit Esaias, dissoluere scilicet collegationes impietatis, soluere fasciculos deprimentes, dimittere eos qui confracti sunt liberos, & omne onus dirumpere, frangere esurienti panem tuum, & egenos vagosq́ inducere in domum tuam, nudum operire, carnem tuam non despicere. Hoc ieiunium mihi non displicet, illud porrò sacræ literæ oppugnant, videlicet abstinere à cibis, & homines affligere, contorquere quasi in circulum caput suum, & saccum, & cinerem sternere. hoc ieiunium abominatur Dominus. Deinde non qđ intrat in os coinquinat hominem, inquit Christus, & Apostolus omnem creaturam bonam esse, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Quin etiam expresse vocat doctrinam dæmoniorum & mendacẽ, abstinere à cibis, quos Deus creauit, ac percipiendũ cum gratiarum actione, fidelibus. Præterea ad Titũ omnia, inquit, mundo mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum. Et ad Colossens. Nemo ergo vos iudicet, in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut sabbathorum, quæ sunt vmbra futurorum. Et ad Rhomanos. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: nõ dixit ieiunijs. Non contradico Esaiæ, non Christo, non Paulo, tuæ malitiæ, tuæ imposturæ, Neopiste, resisto. Non enim propterea ieiunamus, quod putemus cibis nos coinquinari, aut creaturã malam esse, quòd profitemur palàm cum Apostolo ad dæmoniorum doctrinam spectare: sed ideò, ieiunamus, vt Esaiæ descriptioni tantò facilius morem geramus. Neque verò quenquam iudicamus in cibo & potu, sed ieiunium exigimus, vt sobrij Deo seruiamus, & præcepta Dei eò magis amplectentes expendamus. Deinde ad Rhomanos Apostolus expressè ait, non esse propter

De ieiunio.

Obiectio.

Responsio.

escam destruendum opus Dei: omnia quidem munda sunt, sed malum est homini, qui per offendiculũ manducat. Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut infirmatur aut scandalizatur. Et ad Corinthios: Si esca scãdalizat fratrẽ meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Nõné Christus ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus? Nonné dixit, Venient dies cùm auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabũt. Ideò Apostolus ad Galatas inquit, Qui Christi sunt, carnẽ suã crucifixerunt. Et ad Corinthios, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Christus expelli dæmonia ieiunijs & orationibus docuit. Et Paulus voluit, vt in omnibus nos exhibeamus sicut Dei ministros, in multa patientia, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs. Hæc hæresis excitata fuit ante mille & ducentos fermè annos à Iouiniano, & postea Aërij, Eustachij, Begardorũ & Beguinarũ vesania confirmata, qui afferebãt quoslibet cibos, quolibet etiam die, omnibus sine vllo discrimine esse licitos, quantũlibet per ecclesiasticas sanctiones fuerint prohibiti: Huius autem hæresis primus autor mihi videtur Valentinus, quem Irenæus oppugnauit. Hic enim libro primo, capite primo de Valentino & sui similibus ita ait, Etenim, inquit, idolothyta indifferenter manducant, nihil inquinari ab his putantes, & in omnem diem festum ethnicorum pro voluntate in honore eorum factum primi conueniunt, vt in nihilo quidem abstineant, quod est apud Deum & apud homines otiosum muneris homicidiale spectaculum. Quidam autem & carnis voluptatibus insatiabiliter inseruientes, carnalia carnalibus, spiritalia spiritalibus reddi dicunt. Hæc ille. En Neopiste quod tu modo blateras, Valẽtinus ante annos mille quadringentos euomuit: & ab Irenæo martyre oppugnatus est. Iam tum delectus iste ciborum, & obseruantia festorum in ecclesia fuit: non quòd vel mali sint, vel dijudicentur cibi, sed quòd ab eis ad tempus abstinendo magis mortificetur caro. Hæc iam, inquis, missa facio: illud vrgeo, quòd Pontifex, & ecclesia Rhomana, id oppugnẽt, quod semel receperunt, semel comprobarunt, roborarunt, ratum & firmum esse voluerunt. Quid illud est? Epistolas Pauli & Canonica scripta, ab ipsa ita nominata, nonné inuiolata esse debere atq; illibata statuit? vtique. Vt quid ergo illa modò oppugnat? Fac planum. Fecero quidem nullo labore. Dubiumné verò est illam contra Canonica scripta agere, quæ solam fidem iustificare negat, sed & opera ad salutem necessaria esse docet? Quibus quæso sacræ scripturæ locis solam fidem iustificare docebis? solam scilicet particulam, ego nusquam legi. Atenim, inquis, pro sola, quod idem sonat, habes apud Paulum sæpius, Fide, inquit, ad Rhomanos & Galatas hominem iustificari sine operibus. Et ad Ephesios, Gratia enim estis saluati per fidem & hoc non ex vobis, Dei enim donum est: non ex operibus, vt ne quis glorietur. Auferuntur hic opera, auferuntur homines, hominumqúe vires, & quicquid ex hominibus procedit: gratiam solam nominat, eáque nos per fidem saluari. Qui

Obiectio. *Responsio.* *Obiectio.*

G fit igitur,

fit igitur, quo minus sola fides iustificet? quo minus sola intelligatur?

Responsio. Consiste paulisper Neopiste. Verba Apostoli ad Rhomanos hæc sunt,

De fide, & operibus. Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est Per quam legem? factorum? Non: sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Qui dicit ad Galatas? Euocati estis, inquit, à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis. Nos enim spiritu, ex fide, spē iustitiæ expectamus. Nam in Christo Iesu, neque circuncisio aliquid valet, neque præputium: sed fides, quæ per charitatem operatur. Ad Ephesios porrò tuæ obiectioni addit Paulus, Ipsius enim, inquit, sumus factura, Creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. Ecce Paulum, quem tu truncatum allegas integrè loquentem. Ad Rhomanos manifestè distinguit legem factorum à lege fidei, & excludit opera legis, sed non fidei. Ad Galatas opera fidei expressè confirmat, quia fidem vrget quæ per Charitatem operatur. Ad Ephesios idcirco nos creatos in Christo Iesu in operibus bonis, ideoque à Deo illa præparata ait, vt in illis ambulemus, nosque exerceamus. Vnde liquidò constat, fidem efficere salutē, sed non sine operibus fidei. Quo fit vt doctores caussam efficientem iustificationis fidei, causam verò sine qua non, operibus tribuant. Itaque respondeo ad tuam obiectionem nos fide, quæ per charitatem operatur, iustificari sine illis operibus legis, quæ ex nobis, & ex operibus nostris constant. Lex enim tradita est vt omnia quæ præciperet faceremus, vsque adeò, vt si quid negligentius à quoquam quæ legis essent fieret, is maledictus haberetur. Hanc legem, quam nemo implere potuit, nisi solus Christus, qui pro nobis passus est, nobis satanam deuicit, nobis omnē legem impleuit, hoc vult Apostolus vt credamus, eaque fidei beneficia dei nobis appliceamus & in peculium nostrum transferamus, vt quod Christus nobis impleuit, nos in Christo impleuisse dicamus: hac fide, inquit, iustificamur, hac fide totam legem implemus, hac fide vitam & regnum æternam promeremur, quòd si verò nos non in Christo, sed in nobis, aut in operibus nostris (id quod præter Iudæos quidam, etiam ex credentibus tempore Apostolorum faciebant, & idem postea Pelagius Hæreticus palam docuit, hominem scilicet suo arbitrio, absque gratia Christi posse omnia præcepta dei implere, & suis meritis vitam æternam consequi) situm esse profiteamur, vt & legem impleamus, & vitam æternam cōsequamur, hoc est quod Paulus reprehendit & probat valdè admodum nos fide in Christum sine operibus legis iustificari, fide, inquit, quæ per charitatem operatur. Hac de re Paulum differentem siquidem temporibus Apostolorum quoque quidam perperam intelligebant, & scripta Pauli, vt Petrus testatur deprauabant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem, docentes sola fide in Christum, sine illis operibus iustificari, quem errorem tandem Aetius professus est, inquiens, nullum peccatum quantumlibet graue, imputari homini habenti fidem: ideo factum est, vt enim errorem Iacobus

159

epistola sua Catholica confutaret. Docet ergo Iacobus, fidem absque operibus mortuam esse. & neque sola fide absque vllis operibus, quod Aërius voluit, neque operibus sine gratia CHRISTI, quod Pelagius d[illegible] sed fide viua, quæ viuit per charitatem, per opera charita[illegible] non per opera legis & præcepti, quæ nullus mortalium excepto CHRISTO, implere potuit, hominem iustificari. Hinc est, quòd Paulus charitatem tantopere celebret ad Corinthios, vt si loquar, inquit, linguis hominum & angelorum, & habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum: & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Quid clarius & dilucidius dici potest? Ecce Paulus ipse, quem tantopere vrges, fidem sine charitate nihili facit: & quoque illa legis præcepta, quæ vitam æternam promereri vetus instrumentum docet, vt est eleemosyna, vt sunt etiam martyria, nisi accedat charitas, id est fidei opera nihil prodesse docet: & tu Paulum non dubitas in contrariam citare & torquere opinionem? Neque verò Christus in illo die à te requiret quantum credideris, sed quantum boni feceris. Qui enim bona fecerint, ibunt in vitam æternam, qui verò mala, in ignem æternum. Dicit enim Christus, Esuriui & dedistis mihi manducare: sitiui & dedistis mihi bibere: hospes eram & collegistis me: nudus fui & operuistis me: infirmus & visitastis me: in carcere eram & venistis ad me. Tales, inquit, erunt à dextris, & dicet illis CHRISTVS, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Porrò qui contrarium fecerint, à sinistris statuentur, & contrariam sententiam audient. Ergo, inquies, operibus sine fide iustificabimur? Nihil minus. Nam *Obiectio.* quicquid non est ex fide, peccatum est: opera illa proinde ex fide *Responsio.* promanent necesse est: Spem ergo nostram figere oportebit in eiusmodi operibus? *Obiectio.* Minimè verò, sed in CHRISTO, qui ipsa charitas est, *Responsio.* id est, quicquid egerimus, non idcirco egisse nos putemus, vt inde aut honorem, aut vtilitatem nostram, aut gratiarum actionem, aut compensationem speremus, sed omnia ita disponamus, ita administremus, vt in nullum alium finem vergere videantur, quàm in honorem & laudem Christi Iesu, cuius gratia omnia facimus, & quo facto fidem illam, quam in Christo reposuimus confirmamus, nos scilicet inutiles seruos esse, & facere quod debemus illius amore, à quo, & cuius meritis legem impleuimus, & vitam æternam promeruimus. Huc facit illud Christi de eleemosyna, Te autem, inquit, faciente eleemosyna, nesciat sinistra tua quid faciat dextera, vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi: aliàs si in aperto dederis, vt videaris ab hominibus, iam accepisti mercedem tuam: Est ergo huius quæstionis hic

ſcopus: quoniam lex impleri debuerit, nec à quoquam niſi à Chriſto impleri potuerit, idq; mera charitate, qui nos dilexit antequam nos ipſum diligeremus, nullis noſtris præcedentibus meritis: æquum eſt; vt nos ipſum viciſsim redamemus & diligamus, & quicquid agimus, amore ipſius, non vlla ſpe vel præmij, vel honoris, vel gloriæ, agamus. atque hęc ſunt vera fidei opera: qua fide iuſtus viuit, & beneficia Dei apprehendit ad vitam illam beatã & ſempiternam. Itaq; legis & fidei eadem ſunt opera, ſed diuerſo reſpectu. Lex operatur, vt ſuis operibus vitam conſequatur. Fides operatur, vt Chriſti meritis vitam apprehendat, & noſtra opera omnia quæ nec ipſa noſtra, ſed ex DEO manantia Dei ſunt, in Chriſtum transferantur, quemadmodum ille beneficia ſua in nos tranſtulit: vt ita nos in Chriſto ſimus, ſicut Chriſtus in nobis eſt: vt nos Chriſti merita noſtra eſſe putemus, ſicut ille opera noſtra bona, ſua eſſe ſcit: vt ſic dum habemus lucem bonum operemur. Ambulate, inquit Chriſtus, dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis. Vos eſtis lux mundi. Nõ poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Neque accendunt lucernam & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper cãdelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videãt opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.

Obiectio. Quid, inquis, egit Abraham?

Reſponſio. Nónne credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam? Vtiq;. Sed dum crederet, fidem illam factis impleuit, in oblatione Iſaac, quod magis Deum, quàm filium ſuum diligeret, atque ita iuſtus ex ea fide viuit, quæ per charitatem operatur: itaque credimus in filium Dei ne condemnemur.

Obiectio. Quid, inquis, Chriſtus Matthæi nono à cæcis aliud quàm fidem requirebat? Creditis, inquit, quia hoc poſſum facere vobis? Cui cùm reſpondiſſent, Vtique Domine, tunc tetigit oculos eorum, dicens, ſecundum fidem veſtram fiet vobis. Et ad mulierẽ, quæ ſanguinis profluuio laborabat, Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. Hic ſanè nulla fit mentio operum.

Reſponſio. Quid ſi & fides eſt opus? Turbæ enim in Capharnaum quærenti. Quid faciemus, vt operemur opera Dei? Reſpondit Ieſus, & dixit, Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem miſit ille, id eſt, vt apprehendatis beneficia illius corde & opere, credendo & profitendo atque amando. Fides ergo illa & cæcorum, & mulieris, in eo conſiſtebat, vt crederẽt Chriſtum ſanitatem ſibi præſtare, ſe verò accipere à Chriſto eam poſſe, vt ita actio & paſsio concurrant, quod vtique opus opere excipitur, vt credere cæcos Chriſtum quod peterent facere poſſe, ipſi tactu oculorum quod crediderunt perciperent: ſimiliter & mulier illa ſecum reputabat, ſi tetigero tantùm veſtimentum eius, ſalua ero, qua fide, & opere, obtinuit quod deſiderauit: confeſtim enim vt tetigit fimbriã veſtimenti, ſiccatus eſt fons ſanguinis eius: & ſenſit corpore, quia ſanata eſſet à plaga. Quo facto primùm Ieſus cognoſcens in ſemetipſo virtutem quæ de ſe exierat, conuerſus ad turbam (vt Marcus habet) aiebat.

Quis

Quis tetigit vestimenta mea? Et dicebant ei discipuli sui, Vides turbam comprimentem te, & dicis, Quis me tetigit? & circumspiciebat videre eam quæ hoc fecerat. Mulier verò timens ac tremens, sciens quod factum esset in se: venit & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem. Ille autem dixit ei. Filia, fides tua te saluam fecit: Vade in pace, & esto sana à plaga tua. Ex quibus verbis quod aio facillimè elucescit, fidei scilicet & opus adiunctum fuisse. Et quomodo, inquis, opus bonum facere possumus & Deo placens, cùm iuxta Esaiam omnes facti sumus sicut pannus menstruatæ, nec quisquã vt Ecclesiast. ait, Iustus in terra sit qui bene faciat, & non peccet, vt non frustra Psaltes dicat, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, & Apostolus ad Rhomanos, Quod nolo malum hoc facio, quod volo bonum nõ facio. *Obiectio.*

Esaias confert iustitiam legis, cum iustitia euangelica, quòd illa respectu huius puritas, est mera immunditia secundum Augustinum: nam iustitia nostra comparata ad diuinam iustitiam non est iustitia: propterea etiam ait Christus, Nemo bonus nisi vnus Deus, scilicet si ad Deum cõferatur. Quod ad Eccles. attinet, nihil ad propositum, quia iustus in die septies cadit, & resurgit. Psaltes porrò de rigida iustitia Dei loquitur, & non de misericordia Dei, quam nobis Deus per filium suum exhibuit. Postremò Apostolus confert hominem carnalem cum spirituali, atque dicit illum agere contra hunc, & esse inter eos perpetuam pugnam in hoc seculo. Nã quod vult spiritualis homo bonum, hoc carnalis repudiat, & quod non vult spiritualis malum, hoc carnalis facit. Scimus, inquit, quòd lex spiritualis est: ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo. Non enim quod volo bonum hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. Si autem quod nolo illud facio: Consentio legi, quoniam bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim, quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Nã velle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio. Idcirco ad Corinthios inquit, Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus. Et ad Philippenses, Deus est, qui operatur in vobis, & velle & perficere pro bona voluntate, Et qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu. Item ad Corinthios, Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. His exemplis Pauli, inquis, etiam liberum arbitrium tollitur: quod tu tamẽ defendis. Itáne verò tollitur? Imò hæc & his similia liberum arbitrium non tollunt, sed ostendunt nostri arbitrij insufficientiam & Pelagij insaniam. Illud enim sine Dei auxilio non potest aliquid facere. At enim Ioannes expressè ait, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Trahitur vtique per gratiam præuenientem & cooperantem: cui tractioni acquiescere, & non indurare corda nostra si vocẽ eius audierimus, hoc est quod liberi arbitrij esse dicimus: & non quod Pelagius qui omnem *Responsio.* *De libertate arbitrij.* *Obiectio.* *Responsio.*

gratiam excludit, aut ita admittit, vt facile reddat arbitrium. Nostri enim arbitrij hoc est, vt velimus quod Deus sua gratia, quam nobis confert, vult: & nō vt sine gratia quicquam boni cōsequamur, aut ad bonū accidens quoddam gratiam Dei existimemus. Ita autem arbitrij limites constituimus, vt ne vel in Pelagij errorem incidamus, vel in Aëtij, qui tantum fidei tribuit, vt arbitriū prorsus tollat, quò prædestinato ne peccata quidem vlla officere possint. Ita planum est Paulum conferre hominē spiritualem cum carnali, & omnia bona opera non nostra esse, non ex nobis, sed ex operante & perficiente Deo, & tantò magis accepta & grata Deo, vt qui bona opera fidei detestatur, non possit non

Obiectio. fieri, quin Deum autorem illorum detestetur. Quid obsecro latro in cruce boni egit, vt mereretur cum Christo venire in paradisum? Mul-

Responsio. tum sanè. Nam quod Apostoli non præstiterunt, imò quamobrem dispersi sunt, & CHRISTVM solum dereliquerunt, & quoque Petrus, qui fortem vsque ad mortis societatem animum professus est, ter Dominum suum abiurauit: hoc latro cùm iam in cruce simul mortis imaginem cerneret, innocentiam Christi, aduersus blasphemiam alterius latronis def[illegible]dens palàm omnibus audientibus professus est, & peccatum suum con[illegible]s, atque deprecatus Christum vt sui in suo regno memor esse velit. [illegible] confessione Christum & innocentem & Deum agnouit: alias moriturus nec Christi regni meminisset, nec sui ab eo fieri memoriam implorasset. Iam si quippiam eorum falsūm est, hic palàm

Obiectio. refelle. Quid taces? Taceo verò, imò vrgeo. Nónne fidem & opera vsque adeo coniungis, vt alterum absque altero diuelli nequeat? Ita est. Nónne salutem sine his neminem consequi posse dicebas? Vtique. Iam quæro ex te an credere in Christum, & operari opera fidei, sufficiat ad salutem? Nequaquam. Quid ergo restat? commori, consepeliri Chri-

Responsio. sto, cuius rei causa nobis Christus Baptismi sacramentum instituit. Quid ita? vt quicunque crediderit & baptizatus fuerit saluus sit. Nón-

Paruulorum baptismo. ne infantes vos baptizatis? meritò. At illi credere qui possunt? An non hic abominationem coram Deo admittis? Hinc est vt nos adultio-

Obiectio. res factos omnes quos vos baptizastis rebaptizemus. Perperam sanè: qua in re Menandrum discipulum Simonis Magi imitamini, quem Pe-

Responsio. trus Apostolus damnauit. Neque expenditis Apostolorum esse institutum, ex Christi mandato, vt id fiat. Quo fit, vt Augustinus affirmet, paruulis ad consecrationem & remissionem originalis peccati prodesse eorum fidem, à quibus offeruntur, vt quascunque maculas delictorum per alios, ex quibus nati sunt, contraxerunt aliorum etiam interrogatione

Quæstio. ac responsione purgentur. Vbi porrò inquis est mandatum Christi, cu-

Responsio. ius meministi? Ego illud certè nusquam legi: Est verò. Inquit enim Christus apud Matthæum, Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare

Obiectio. omnia quæcunque præcepi vobis. Est vtique, meam non tuam sententiam confirmans. Baptizantes inquit, scilicet eos quos docuistis. Propterea

apud

apud Marcum ait, Ite in vniuersum mundum, prædicate omni creaturæ, quicunque crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Hinc est, vt Eunucho annunciatum fit prius Euangelium quàm baptizaretur: Similiter & Cornelio. Præterea cur ter duntaxat in anno antiquitus baptizabant, si pueri nati mox baptizandi sunt? Nónne primùm Nicolaus Papa incepit pueros baptizare, cùm tamen scriptura baptismum puerorum planè ignoret? Siste gradum Neopiste. Matthæus & Marcus de adultis loquuntur, sicut erat, Eunuchus & Cornelius. Ideo ob multitudinem baptizandorum & distantiam locorum, non ter vt tu putas, sed bis duntaxat in anno vndique conueniebant baptizandi, videlicet in ipso festo Paschæ, & Pentecostes, quibus temporibus solennis baptismus adultis ministrabatur: quod ex Siritio, Leone, Gelasio, & Gerundinensi Concilio liquet. Crassa porrò est tua hæc ignorantia, ne dicam insania, qui Nicolao Papæ audeas tanta impudentia adscribere, quasi is primus autor sit, quòd infantes baptizentur, cùm tamen Augustinus peculiarem librum, de paruulorum baptismo scripserit. At Nicolaus vixit anno domini octingentesimo sexagesimo quarto. Augustinus autem floruit Christi anno quadringentesimo. Hoc Bernardus Rothmannus Monasteriensis ecclesiæ turbator, quia animaduerterat, non iam id Nicolao Papæ, sed Hignio tribuebat, qui vixit decimus à Petro, anno Christi centesimo quadragesimo quarto, inquiens illum primum fuisse, qui instituit, vt baptizandis testes adhiberentur. Verùm & Rhotmannus astutè fallere nos posse putauit, dum mala fide Higini institutionem referret. Non enim Higinus, quod ille ait, instituit: sed quoniam multi patrimi & matrimæ (vt vocant) adhiberi baptismo & Cõfirmationi solebant, id immutauit, & voluit vnum saltem patrimum, & vnam matrimam, tam Baptismo, quàm Confirmationi interesse, vt Historia Higini testatur. Quæ profectò tam vetusta consuetudo vel sola sufficeret, ad assertionem & paruulorum baptismo stabiliendã. *Responsio.*

Cæterùm, vt dilucidior huius quæstionis veritas appareat, eam ad amussim discutiendam esse putaui. Et quantum assequi mihi visus sum, idcirco pædobaptismum negas, quod opineris præter expressum mandatum Dei, Sacramento baptismatis, in infantibus abuti eos, qui infantes baptizant: eúmque abusum abominationem esse coram Deo. Sed dum id opinaris egregiè deliras. Nam illi ipsi loci apud Matthæum, & Marcum, & illa ipsa exempla Cornelij & Eunuchi, quod aio, vt credas efficient. Infantes enim nõ minùs, quàm adulti credũt, & doceri possunt. Cornelij autem fides domui suæ peperit fidẽ: Eunuchi, Aethyopibus. Nónne fides Abrahæ promeruit, quod Deus ei promissiones fecerit, nimirum, In te benedicẽtur vniuersæ cognationes terræ? Item, Benedicendæ sunt in illo omnes nationes terræ. Deinde, Et benedicẽtur in semine tuo omnes Gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Ecce, propter obedien-

obedientiam vnius Abrahæ, omnibus gentibus terræ facta est promissio salutis: & non modò ijs, qui ex Abraham secundum carnem nascerentur. Præterea, inquit, illam salutem in suo semine, qui est Christus, futuram. Christus enim & Iudæos, & Gentes omnes, sua passione, morte, & resurrectione saluos fecit. Ipse namque est, vt Apostolus ad Ephesios ait, Pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluens inimicitiam in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans: vt duos condat in semetipso in vno nouo homine, faciens pacem, & reconciliet ambos, in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitiam in semetipso: & veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem ijs, qui propè. Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Ergo iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarũ ipso summo angulari lapide Iesu Christo: in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto. Hæc ille. Et tamen tu non vereris disiungere, quod Christus tantopere coniunxit? Disiungis autem paruulos, dum illos à baptismo arces, quo in mortem Christi consepelimur, sicut Apostolus ad Rhomanos docet, An, inquit, ignoratis fratres, quòd quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem ipsius baptizati sumus? consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortẽ, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, & vltra nõ seruiamus peccato. Hactenus ibi. Quoniam verò omnes simul crucifixi sumus in Christo, vt ad omnes fructus mortis illius permanet, quoscunque Deus ab æterno ad salutẽ prædestinauit, miror cur ab infantibus baptismum auferas. Permanat autẽ fructus mortis Christi ad prædestinatos, id est ad illos tantũ, quos Deus gratia spiritus sancti dignatur. Dignatur verò illos gratia sua, quibus eã donauit. Donauit porrò illam quibus voluit. Voluit demum infantibus, quia inquit, Sinite paruulos ad me venire, talium enim est regnum cælorum. Summa igitur dementia est te nolle quod Deus vult. Non vis autem, quia infantes à baptismo arces. Arceo quidem, inquis, à baptismo, sed non à salute: Disiungo illos à peccatis, sed non ab innocentia. Denique baptismo illos non egere puto, non consepeliri, non commori: quando sint sicut angeli Dei, eorumque angeli in cælis semper videant faciem Dei, neque velit pater cælestis, vt quisquam illorum pereat: quocirca etiam vetuit ne quisquam paruulos sperneret. Quò abis miser? Nónne Psalmista ait, In iniquitatibus omnes conceptos esse, & quòd in peccatis nos conceperint matres nostræ? an adultos conceperunt? Embryonẽ puto. Si Embryo in peccatis concipitur. Quomodo infantes à peccatis immunes dices? Quis autem saluus esse potest, nisi deponat veterẽ Adamum,

Obiectio. *Responsio.*

num, & nouum induat? Neque verò illum, nisi simul crucifigatur cum Christo, & in mortem cum ipso per Baptismum consepeliatur, deponere potest. Negas ergo, quod Deus affirmat, & resistis voluntati dei: quæ equidem abominatio quin sit inficias non ibis. Proinde non nos pædobaptismum afferentes, sed tu enim negās abominatio es coram Deo. Nā quod de Angelis adfers, tibi planè contradicit. Hoc enim loco constat paruulos Deo curæ esse, & à suo regno nequaquam excludendos, sicut tu alibi de salute infantium dubitas. At enim, inquis, nil horum ago: vnū est quod vrgeo, puta verbum Dei, quod nec fallit, nec falli potest. Edoceri paruulos necesse est, antequam baptizentur: quod si edoceri illos posse docueris vicisti. Aut si hoc præstari non potest, alterum fac planum videlicet pro paruulis alios credere posse. Vtrumque docuero. Et primò quidem posteriorem partem. Fide enim sua rex Aediſsæ fecit, vt regnū suum & crediderit & baptizatum sit: fide sua Centurio fecit, quod crediderit Cæsarea & baptizata sit vniuersa familia sua: fide sua Lydia mulier Philippis egit, quòd domus sua & crediderit & baptizata sit: fide sua custos ille carceris Philippis obtinuit, vt omnes domestici sui, & crederent & baptizarentur: fide sua Centurio in Capharno perfecit, vt puer suus paralyticus restitueretur sanitati: fide sua effecerunt, qui obtulerunt paralyticum iacentem in lecto, vt illi dimitterentur peccata: Hæc enim sunt verba Matthæi, Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto: & videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico, Confide fili remittuntur tibi peccata tua. En aliorum fide saluatur paralyticus: fide sua mulier Cananæa impetrauit filiæ suæ à dæmonio possessæ liberationem: fide inquam Abraham à Deo ante multa secula consecutus est, vt omnes gentes in semine suo, id est Christo, benedicerētur, & quòd Abraham nondum conceptis, nondum natis, à deo obtinuit, tu natis negabis? Vides hic non tantum aliorum fidem, alijs salutem adferre, verùm etiam familias & domus integras baptizatas, vnde infertur & paruulos baptizatos fuisse. Minimè vero inquis. Phrasis est hæc peculiaris sacrarum literarum. Ita Herodes turbatus fuit, & vniuersa Ierosolyma cum eo. non sequitur ideò & infantes turbatos fuisse. Quid ita? quia infantes turbari non possunt. Quasi vero is turbari non possit, qui exultare potest. Ioannes in vtero, nonnè præ gaudio exultauit? Nonnè infantes mouentur parentum incommodis? Nonnè afficiuntur? Nōnè cuius est exultatio & gaudium, illius esse debet spes, dolor, & metus? Metuunt certè infantes plagas, placantur signis, voce, pulsu & id genus rebus affectus mouentibus. Vt si ad illos turbatio Iersolymis parentum venit, haud dubiè & ipsi conturbati sunt. Præterea aliud est, turbari Ierosolymam, aliud baptizare vnam familiam vel domum: & est proportio finiti ad infinitum, quæ nulla esse potest. Deinde aliorum fide & consensu infantes etiam sanctificari, licet non ex vtroque fideli parente generentur, sacris literis proditum est: quantò igitur magis sanctificabuntur infantes fidelium? Apostolus enim

Obiectio. *Responsio.* *Obiectio.* *Responsio.*

expressè testatur ad Corinthios sanctificatum maritum incredulum per vxorem, & sanctificatam vxorem incredulam per maritum, edere sanctos filios. Sed, inquis non ad Baptismum Pauli verba, quin potius ad legem spectant. Non verò ? Aut ergo ad legem veterem pertinent quæ per Christum est impleta, vt eò locus ille referri nequeat: aut ad legem noui testamenti id est iura matrimonij. At matrimonium non se latius extendit, quàm ad legitimam copulam viri & mulieris, quæ neminem in veteri testamento sanctificauit: quia verò Apostolus expressé de matrimonio fidelium loquitur, vtique non ad vetus testamentum, sed ad nouum pertinebit. Quid dicit Paulus? Incredulam mulierem per credulum maritum sanctificari. Nôné mariti denominatio arguit matrimonium? Ita verò. Nonné credulum esse sanctificatum iam accedit matrimonio? Vtique. Vnde quęso, si nô ex baptismo? Quod est argumentum fidelium aliud, quam Christianismus? vnde hic nisi per renascentiá ex aqua & spiritu sancto? at id quid aliud est quam baptismus? baptizatos ergo, inquit, procreare sanctos filios. Non certè sanctos nisi ex eodem fonte sancti sint, ex quo parentes. Itaque si baptismus alterius parentis filium sanctificat quantò magis baptismus vtriusque parentis filium sanctificabit? Deinde si parentum baptismus filios sanctificat, quantò magis ipsos proprius baptismus sanctificabit? tandem si propter baptismum parentum filijs gratia confertur, quantò magis propter baptismum proprium? Postremò si hæc gratia illis datur nondum natis quantò magis natis? si denique fides parentum in illis operatur, quātò magis fides propria proprię animę, proprij spiritus? Cognouit bos & asinus Christū quanto magis infans? Ita abundè patet infantes & cognoscere, & aliorum fide sanctificari, multò magis ergo baptizari posse, sicut Petrus ad Cornelium testatur. Idem confirmat figura veteris testamenti nempe populi Israëlitici ex Aegypto, per mare rubrum deducti in cuius comitatu multi sine dubio infantes fuerunt. Si tum baptizati sunt in figura, quantò magis hodie in figurato ipso baptizabuntur? Nonné omnes eandem escam spiritualem comedebant? & omnes eundem potum spiritualem bibebant? Nonné patres nostri in Mose, in nube, & mari baptizati fiunt? At verò, inquis, hæc figura minimè probat infantes esse baptizandos, quia figura ipsa torqueatur ad figuram & nô ad figuratum, id est, ab vmbra ad vmbram. Quæso, cuius rei baptismus est vmbra? Aqua quidem tanquam extremus character signum est internæ gratiæ, quæ nobis per baptismum accedit: baptismus tamen non est sola aqua, sed aqua & spiritus. Nisi enim qui, inquit, renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto & cæ. Itaque vmbra fit mare rubrū, per quod salvis et incolumibus Iudæis ad terrā promissionis, ad terrestrem Ierusalem patebat iter: aqua autem Baptismi & spiritus sanctus est, per quem nobis Christianus patet aditus ad æternam patriam, ad mansiones illas cælestes nobis ab æterno paratas, & ad cælestem Ierusalem. Atque ita apparet euidentissimum discrimen

Obiectio. Responsio. Quæstio. Responsio. Obiectio. Responsio.

inter Iudæos & Christianos: quòd illi sint carnales filij Abrahæ, nos verò spirituales. quòd illi scripturam secundum carnem, nos secūdum spiritum interpretemur: illi historicè, nos anagogicè: illi literā quę occidit, nos spiritum viuificantem imitemur. Huc facit, quod Apostolus ad Philippēses ait, Nos sumus, inquit, circumcisio, qui spiritu Deū colimus, & gloriamur in Christo Iesu, & non confidimus in carne. Vnde satis constat baptismum spiritualem esse circumcisionem. Quare cùm infantes circumcidantur secundum carnem, meritò & baptizantur secundum spiritum. Si verum est, inquis, quod ais, circumcisionem figuram fuisse baptismi, cur igitur mulieres baptizantur, quæ non circuncidebantur? Etenim masculi tantùm circuncidi præcipiūtur. Res mysterio, Neopiste, non caret. Primùm quidem, quòd redimere de seruitute diaboli humanum genus vir non mulier debebat: non mulier crucifigi, non mori, nòn sepeliri, sed vir. Deinde vir præputium habet, non mulier, & propagatio omnis ex voluntate viri, ex semine virili fit: idcirco vir circuncidebatur non mulier: huius enim propriè purificatio erat propter partum & menstruum, impropriè viri propter pollutionem. Quæ omnia quia Christus passione sua aboleuit, & mysterium circuncisionis impleuit, propterea in Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura, vt Apostolus ad Galatas scribit: quæ ex aqua & Spiritu sancto fit. Præterea cùm ex costa Adæ mulier prodierit, & ex latere ipsius orta sit, vt os ex osse suo ipsam diceret, & duos in vna carne scriptura afferat, sufficiebat virum solùm circuncidi: aliàs circuncisio duplicata fuisset in vno homine, & mysterium salutis confusum. Postremò, signum circūcisionis vir tantū tanquā caput mulieris in carne ferebat: at fructū circuncisionis & mulier, qui fructus est circūcisio cordis, in spiritu non litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est, vt Apost. ad Rhomanos testatur. Ideo spirituali circuncisione, hoc est baptismo, vterq; sexus tingitur. Siccine tingitur? Si figura figurato, vmbra luci, signum signato respondere debeat, quoniam vir circuncidebatur, vir vtiq; saltem baptizandus erit: maximè cùm tute rationē reddas figuræ, quòd Eua ex costa Adæ nata sit, & in eandem carnem duo coaluerint. Est vtique aliquid, Neopiste, quod ais. Cæterū si rem penitius inspicias, difficultatis nil suberit. Vmbra enim duo numero vna carne cōcludebat, non autem vno spiritu. Non enim dicit, Erant duo in spiritu vno, sed erant duo, scilicet spiritus, in carne vna. Quare iuxta carnē cùm vnitas, iuxta spiritum verò dualitas exprimatur: rectè olim caro vna circuncidebatur, eiusdem autem carnis duo spiritus nunc baptizantur. Itaque vt tum infantes circuncidebantur, ita hodie baptizantur. Hinc, secundū August. lib. quinto contra Donatistas, veraciter cōijcere possumus quid valeat in paruulis baptismi sacramentum, ex circūcisione carnis, quam prior populus accepit, quā priusquā acciperet iustificatus est Abraham. Sicut Cornelius dono etiā Spiritus sancti, prius quàm baptizaretur ditatus est. Dicit tamen Apostolus de ipso Abraham, Signū accepit circun-

Obiectio.

Responsio.

Obiectio.

Responsio.

H 2 cisionis,

cisionis, signaculum fidei iustitiæ, quia iam corde crediderat, & deputatum illi erat ad iustitiam. Cur ergo ei præceptum est, vt omnē deinceps infantem masculum octauo die circumcideret, qui nondum potuerat corde credere, vt ei deputaretur ad iustitiam, nisi quia & ipsum per se ipsum sacramentum multum valebat. Quod in filio Mosi per Angelum manifestatum est, qui cùm adhuc incircuncisus à matre ferretur, præsenti & euidenti periculo vt circumcideretur exactum est, & cùm factum esset, depulsa est pernicies. Sicut ergo in Abraham præcessit fidei iustitia, & accessit circumcisio signaculum iustitiæ fidei: ita & in Cornelio præcessit sanctificatio spiritualis, in dono spiritus sancti, & accessit sacramentum regenerationis, in lauacro baptismi. Et sicut in Isaac, qui octauo suæ natiuitatis die circumcisus est, præcessit signaculum iustitię fidei, & quoniā patris fidē imitatus est, secuta est, in crescente ipsa iustitia, cuius signaculū in infante pcesserat: ita & in baptizatis infantib. prę cedit regenerationis sacramentum, &, si Christianam tenuerint pietatem, sequitur etiam in corde conuersio, cuius mysterium præcessit in corpore. Et sicut in latrone, quod ex baptismi sacramento defuerat, cōpleuit omnipotentis benignitas, quia non superbia vel contemptu, sed necessitate defuerat: sic in infantibus, qui baptizati moriuntur, eadem gratia omnipotentis implere credenda est, quod non ex impia voluntate, sed ex ætatis indigentia, nec corde credere ad iustitiam possunt, nec ore confiteri ad salutem. Ideò cùm alij pro eis respondent, vt impleatur erga eos celebratio sacramenti, valet vtique ad eorum consecrationem, quia ipsi respondere non possunt. At si pro eo qui respondere potest alius respondeat, non itidem valet. Ex qua regula illud in Euangelio dictum est, quod omnes cùm legitur naturaliter mouet: Aetatem habet, ipse pro se loquatur. Quibus rebus omnibus ostenditur aliud esse sacramentum baptismi, aliud conuersionem cordis, sed salutē hominis ex vtroq; compleri: nec si vnum horum defuerit ideò putare debemus, consequens esse, vt & alterum desit: quia & illud potest in infante, & hoc sine illo potuit esse in latrone, complente Deo siue in illo, siue in isto, quod non ex voluntate defuisset. cùm verò ex voluntate alterum horum defuerit, reatu hominem inuolui. Et baptismus quidem potest inesse, vbi conuersio cordis defuerit: conuersio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto non potest. Neque enim vllo modo dicenda est conuersio cordis ad Deum, cùm Dei sacramentum contemnitur. Hactenus ille ad verbum. Qui fit ergo, inquis, si Augustinus ipsemet negat conuersionem cordis in infantibus,

Obiectio. vt tu illam probandam susceperis? Negat eam cordis conuersionem

Responsio. quæ animalem hominem concernit: non negat illam, quàm homo spiritualis habet. At de hac, non de illa nobis sermo est. Et licet Augustinus vsq; adeò omnibus technis tuis occurrit, vt ne rimulam quidem vllam habeas reliquam, per quam elabi possis, tamen quod suscepi persequar, & posteriore hoc quęstionis mēbro absoluto, paruulos scilicet aliorum

fide

fide baptizari & saluari, ad prioris membri propositionem venio, videlicet paruulos credere & edoceri posse quod haud obscurè constabit, si illud Christi apud Matthæum expendas, Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris. Hic expressum est infantes credere. Neq; mirum: Ioannes enim Baptista in vtero præ gaudio exultauit: quod facere non intelligens non potuit. Intellexit & credidit hic in vtero, quantò magis intelligit & credit infans extra vterum? Sed quæres quomodo id fieri poterat, postquam organum ad intelligendum corporis necdum aptum habuerit? Anima non indiget organo quò ad Deum: corde enim creditur ad iustitiam: sed indiget organo respectu hominis, respectu proximi, propter confessionem, quæ ad salutem requiritur. Anima æquè integra est in infantibus, ac in adultis. Ideo quales habent in spiritu & veritate linguas nostræ mentes, tales habent linguas angeli: Et sicut spiritus diuini linguis angelorum loquuntur: ita spiritus humani auribus mentium auscultant. Quo fit, vt non ea necessitate sibi nomina imponant, quòd velint palàm nominari & clamari sed signacula memoratiua tradunt, quòd cupiant à nobis recordari. Quare non omnis vox diuina in voce latet, quocirca angelorum voces imagines sunt, qui spirituali voce nominantur, & non clamore ceu sacerdotes Baal: quibus ab Helia propheta dicitur, clamate voce maiore: forsitan Deus in diuersorio est, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur. Deus spiritus est, & qui eum adorat, in spiritu id agat necesse est. Credere proinde in Deum, officium non carnis, sed spiritus est. Qui in infantibus nō minùs perfectus & integer est ac in adultis. Quid obsecro carnis tinctura cuiquam proderit, nisi tingatur spiritus? Nonne Simon ille, de quo in Actis Apostolorum, acceperat quidem lauacrum aquæ? verùm quia sanctum spiritum non habebat, indutus non erat Christum. Neque verò propter externum illud symbolum aliquis accipit spiritum sanctū, sed propter donum Christi, cuius character ille baptismatis externum signū est: quo dono pater cælestis ad se suos trahit, quando nemo ad se veniat, nisi quem ipse ad se traxerit. quid tu putas infantem Deo trahenti loqui, confiteri? Spiritus certè spiritui respondet, licet caro ea quę spiritus sunt non percipiat. Et quoniam confessio requiritur propter proximum; idcirco quod infans Deo spiritu loquitur, hoc pro carne infantis, pro imbecillitate organi susceptores supplent, & fidem suam pro eiusmodi infante interponunt, quod suprà exemplis ostensum est. Et siquidem donum Dei sit credere, qui fit vt id ab infantibus abesse posit, quorū Christus toties regnum cęlorum esse profitetur? Apostolus enim ad Ephesios inquit, Gratia Dei saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, quia Dei donum est. Item Dominus, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Nunquam verò spiritus sanctus spiritualem renascentiam donat sine gratiæ infusione. Quoniam charitas Dei toties in cordibus hominum diffunditur, quoties spiritus sanctus

Quæstio.
Responsio.

ctus datur eis. Si ergò & fides, & gratia Dei, non ex nobis est, sed ex Deo, & donum Dei: quid impedit igitur vt hoc donum Dei non æquè ad infantes pertineat, ac adultos? quando Christus ipse fateatur talium esse regnum cœlorum? Quorum autem est regnum cœlorum, quomodo inepti erunt ad spiritum sanctum accipiendum? quòd si spiritum accipiunt, qui fiet quominus baptizentur? Nónne illud tibi respondebimus cum Petro, Nunquid quis prohibere potest, vt non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? Atenim, inquis, Christus inquiens, Talium est regnum cœlorum, non probat, infantes præditos esse spiritu sancto, neque hic de paruulorum fide agit, sed de his qui paruulis similes humilitate sunt, id est, de adultis fidelibus. Itáne de similibus? Nónne id magis inest illi, ad cuius similitudinem alia fieri debent, & cum quo alia conferuntur, quàm illis quę ad id referuntur? Nónne nota est maxima, Propter quod vnũquodq; tale illud magis tale? Si ergo adulti propter paruulorum similitudiné maiores dicũtur in regno cœlorum, ergo paruuli tantò magis. Si nemo, nisi sicut paruulus efficiatur, possit intrare in regnum Dei, ergo paruuli maximè ingrediuntur in regnum Dei. Si fides pusillorum in adultis probatur, ergo tantò magis in pusillis. Si bona & firma fides est pusillorum in adultis, ergo tantò firmior in pusillis. Verum clarus est textus, Aduocans, inquit, IESVS paruulum, statuit eum in medium eorum, & dixit. Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, &c. Vides quòd paruulum in medium protulerit, & de eo locutus sit, adq; eum adultos retulerit, cumqúe eo eiusqúe humilitate, fide, & cæt. adultos contulerit? Ostendit hic digito pusillum illum, quem in medio constituit, & dicit eum in se credere: dicit Angelos paruulorum in cœlis semper videre faciem patris sui: dicit se de cœlo venisse ad seruandum paruulos: dicit non esse voluntatem patris sui, vt pereat vnus ex paruis istis: vetuit idcirco ne quisquam paruulos istos sperneret: & tu tam expressam scripturam, tam manifestam veritatem negare & oppugnare audes? Nónne intelligis filios Dei non esse illos qui ex sanguinibus, qui ex voluntate carnis, qui ex voluntate viri, sed qui ex Deo nati sunt? Tales Theodidactos Apostolus ad Thessalonicenses vocat, & Christus renatos ex spiritu & aqua. Quid si, inquis, infans, vbi ad iustam ætatem venerit, tandem deficiat? Multi sanè, vt Augustinus contra Donatistas libro quarto disputat, post Baptismum proficientes, & maximè qui infantes vel pueri baptizati sunt, quantò magis intellectus eorum serenatur & illuminatur, dum interior homo renouatur de die in diem, priores suas opinio-

Obiectio. (margin, beside "hi qui spiritum sanctum acceperunt")

Responsio. (margin, beside "de similibus")

Obiectio. (margin, beside "Quid si, inquis")

Responsio. (margin, beside "post Baptismum")

opiniones, quas de Deo habebant, cùm suis phantasmatibus ludificantur, irridentes, & detestantes, atque confitentes obijciunt: nec tamen ideo non accepisse baptismum existimantur, aut talem baptismum accepisse dicuntur, qualis fuit error ipsorum: sed in eis & sacramenti integritas honoratur, & mentis vanitas emendatur: etiamsi confirmata & fortasse multis contentionibus defensa coaluerat. Hæc ille. Hinc Paulus ad Hebræos ait, Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, &c. & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam. Non negat reiterationem pœnitentiæ, vt Nouatiani, sed renouationis, id est baptismi. Vbi ergo gratia baptismi? *Quæstio.* Gratiæ id nihil officit, Nam inquit libro primo contra Donatistas, sicut fit cùm quispiam à tenebris per lucem transit ad tenebras, oculi quidem eius per tenebras perpetuo diriguntur, sed non potest lux nisi perfundere transeuntem. ita fit & de baptizatis, in gratia Dei non permanentibus. Quare baptisma vbicunque fuerit sanctum est per se ipsum. Mali ergo & qui baptizati damnantur per baptismi lucem transierunt ad malitiæ suæ tenebras continuò redeuntibus peccatis, quæ baptismatis sanctitas in illo temporis puncto dimiserat, tanquam redeunte obscuritate, quam lux in transitu excusserat. Tempus proinde quo accipitur indulgentia per baptismum tanquam tempus est reddendæ rationis, vt omnia debita quæ inuenta fuerint dimittantur. Quare non impeditur baptismi gratia, quominus omnia peccata dimittat, etiamsi odium fraternum in eius cuius dimittuntur animo perseuerat, vt parabola serui debitoris decem millium talentorum constat, cui omnia deprecanti dimissa erant: qui cùm conseruo suo centum denarios remittere noluisset, iussus est reddere, quæ sibi dimissa fuerant. Soluitur enim hesternus dies, & quicquid superest soluitur, etiã ipsa hora momentumq; ante baptismum & in baptismo. Deinceps autem reus esse continuò incipit, non solùm consequentium, sed etiã præteritorum dierum, horarum momentorum, redeuntibus omnibus quæ dimissa sunt peccatis. Hæc ex Augustino. Baptismus igitur confert gratiã? *Quæstio.* Maximè. Beatus Petrus enim in die Pentecostes, loquens ad Iudæos sua prædicatione compunctos, ait, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorũ vestrorum, & accipietis donum spiritus sancti. Et Apostolus ad Galatas, Quicunq; in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et ad Titũ, Cùm autem, inquit, benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quam fudit in nos abundè per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Vnde manifestum est, baptismum habere vim & potestatem peccata delendi, & gratiam conferendi. Atenim si gratiã *Obiectio.* confert.

confert baptiſmus,ſi peccata delet:qui fit quòd Simon Magus damnatus ſit?quòd multi baptizati pereant?Neq; enim peccare poteſt,qui ſpiritum ſanctum accepit. Itáne verò peccare non poteſt? Nónne iuſtus ſepties in die cadit?at cadere peccare eſt:& tamen idcirco iuſtus non deſinit eſſe iuſtus,quia quoties cadit toties reſurgit. Deinde inficias nō ibis, & Caipham & Saulem aliquando prophetaſſe, quod ſine ſpiritu ſancto facere non potuerunt:quin & Prophetæ,& Apoſtoli defecerunt. Neque verò Prophetæ ſemper ſunt Prophetæ ſiue videntes prædicentesq́;: neq; habitus continuus eſt prophetia,ſed donum, & paſsio, & ſpiritus tranſiens.& cùm nullus ſit qui non peccet,nullus eſt à quo non recedat ſpiritus,& ad tempus ſaltem relinquat, niſi à ſolo filio Dei Ieſu Chriſto,de quo ideo dictum fuit ad Ioannem,ſuper quem videris ſpiritum deſcendentem & manentem in eo,hic eſt filius Dei,qui baptizat in ſpiritu ſancto,potens illum etiam alijs impertiri.Hinc conſtat,baptiſmum & gratiam Dei,etiamſi is qui baptizatus eſt & accepit donum Dei pereat,illibatam nihilominus permanere, & nihil impedire quominus paruuli baptizari debeant.Quòd ſi porrò de craſſo & animali homine ſermo tibi eſt,& hunc videamus. Nihil dicā de infantibus, qui mox patres à matribus & hos ab alijs dignoſcunt:inſpiciamus ſurdos,mutos,cæcos, qui neque audire,neque loqui,neque videre poſſunt,qui vſque adeò inepti ſunt ad diſcendum,& verbum Dei audiendum: an tu iſtos non baptizabis,& regno Dei excludes,quos Deus creauit, ex vtero matris eduxit, quibus animam humanam indidit,quos denique in imagine ſua ad ſimilitudinem ſuam effinxit?Deinde animalem hominē videamus. Nónne Apoſtolus inquit,Animalis autem homo nō percipit ea,quæ ſunt ſpiritus Dei? Nōne perceptoiam baptiſmo dicit eos animales adhuc eſſe? Et quis eſt,qui non ſit animalis? Nónne Apoſtolus fatetur ipſe, ſe non quod velit bonum,ſed quod nolit malum agere? Nonne & aliā legē videt in membris ſuis,repugnantem legi mentis ſuæ,& captiuantem ſe in lege peccati,quæ eſt in membris ſuis? At Paulus ſi non fuit homo ſpiritualis,quis ergo? Nónne alij ſunt in Eccleſia quibus lac datur,alij quibus ſolidus cibus?An verò tu animalem hominem à baptiſmo repelles? Anima vtique ſecundum ſenſum carnalem, non poteſt niſi de Deo carnaliter ſapere,corporis ſenſibus dedita,vt Auguſtinus ait. Si ergo animales homines omnes ſumus,ſi homo animalis baptizatur,qui non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei,quantò magis homo ſpiritualis baptizabitur,in quo anima ſecundum carnalem ſenſum ſapere nequit,carnalibus ſenſibus deſtituta?Cui autem dubium,tales eſſe infantes, in quibus viget & illibatus permanet ſpiritus? Quòd ſi adhuc auditum corporis & non mentis potiùs vrges,quid aliud agis,quàm vt animalem hominem ſpirituali anteferas?Si inquis,theodidacti ſumus,ſi ſpiritus audiunt noſtri,ſi ſpiritus reſpondent,ſi confitentur,credunt,ad quid ergo prædicatio verbi Dei? Hæc eò neceſſaria eſt, vt in officio contineatur creſcens ætas,quæ quantò magis creſcit,tantò magis intellectum obfuſcat, inq; malum

Reſponſio. *Obiectio.* *Reſponſio.*

mis al technis diaboli, qui dies noctesq; circuit tanquam leo rugiens quærens, quem deuoret, præcipitat, nisi prædicatione verbi Dei continuò retineatur in pietate & religionis synceritate. Neque verò propter prædicationem, sed propter donum Dei prædicatione conuertimur ad Deum. Nonné Paulus Thessalonicę prædicauit verbum Dei? nō tamen ibi omnes vel crediderunt, vel baptizati fuerunt, quin etiā ob metū, per noctem emissus est Paulus, simul & Silas in Berrhæā: hic cū quoque prædicatione sua parum proficeret, clàm se & hinc Athenas contulit, vbi paucos, ex quibus Areopagita & mulier Damaris saltem nominantur, conuertit, pluribus incassum verbū Dei annuncians. Quid ita? quia nō prædicatio, sed donum Dei operatur vt quis credat, quòd idem donum & vt baptizetur idē efficit. Ita præcessit angelus ad Corneliū & edocuit illum vbi esset Petrus, vtque illum ad se accerseret, & ante baptismi collationem spiritū sanctum accepit, eodémque spiritu effectum est, vt ignara domus illius Dei, tandem vno momento gnara fieret. Similiter custos ille Philippis sua fide fecit, vt vniuersa sua domus crederet Euangelio & baptizaretur. Vnde nulla difficultate constat, gratiam aliam esse quæ nos præuenit, aliam quæ comitatur, aliam quæ consequitur. Gratia Corneliū præuenit angelus annuncians: comitata est, quia ex Petro verbum Dei audiuit, consecuta, quia spiritum sanctum audito Dei verbo accepit. Quis autem dubitabit, præuenientem gratiam infantibus inesse, quorum dixit esse regnum cælorum? quos adultis pro exemplo statuit. Vt nisi fuerint sicut infantes, & captiuauerint suum intellectum in ijs quæ Dei sunt, & simpliciter crediderint veluti infantes innocentes vita & moribus, apti regno Dei esse nequeant. Propterea sapientiam sapientum ridet Paulus, & ait stultitiam Dei sapientiorem esse, quàm homines: & imbecillitatem Dei robustiorem, quàm homines. & quæ ignobilia sunt in mundo contemptáque & ea quæ non erant, vt ea quæ sunt obliteraret, vt ne gloriaretur vlla caro coram ipso, Deus delegit. Quocirca Christus patri gratias agit, quòd ea à sapiētibus huius seculi abscondérit, & reuelauerit paruulis. Paruulos ergo & paruulis similes duntaxat delegit Dominus: & tu illos deijcis? Dionysius Pauli Apostoli discipulus in ecclesiastica Hierarchia vt paruuli baptizētur expressè Apostoli cū esse docet inquiens, Istud cùm pijssimis ducibus nostris (ita nūcupat Apostolos) in mētem venisset, visum est admittere infantes hoc modo, vt naturales oblati paruuli, parentes puerum vni ex fidelibus tradāt præclaro diuinarum rerum magistro, in hunc præsul spondentem puerum iuxta sanctam educatum vitam requirit, vt abrenunciationem profiteatur, fidémque fateatur. Ecce pueros ab Apostolis baptizatos, sub spōsione patrinorū siue susceptorū. Cyprianus, & totū conciliū Aphricanum ad Fidū, qui opinabatur pueros intra secūdū & tertiū diē cōstitutos, nō debere baptizari. Respōdet Cyprianus, Lōgè aliud in cōcilio nostro omnibus visum est, in hoc enim, quod tu putabas faciēdū, nemo cōsensit, sed vniuersi iudicauimus nulli hominū nato misericordiā Dei & gratiā

denegandam. Idem sensit Origenes in Epistola ad Rhomanos. Augustinus super Gen. ait, Consuetudo matris Ecclesiæ, in baptizandis paruulis, nequaquam spernenda est, neque vllo modo superflua deputanda, nec omnino credenda, nisi Apostolica esset traditio. Hieronymus aduersus Pelagianos affirmat paruulos baptizari, vt eis peccata in baptismate dimittantur. Concilium Mileuitanum contra Pelagianos hæreticos Canone.77. Itē placuit, inquit, vt quicunque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur, vnde fit consequens, vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum nō vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. In quinta Synodo Cōstantinopolitana eam ob rem damnati sunt Zoara Syrus monachus, Seuerus Antiochenus, Petrus Antiochenus, Antymus Trapezūtius, Petrus Apamarum. Itaque si nusquam in scripturis pædobaptismus legeretur, non parua hac consuetudine claret autoritas, quod ab ipsis Apostolis hunc morem ecclesia in hanc vsque horam retinuerit: quo argumento Augustinus etiam suffragia pro defunctis statuit. Taceo quòd hic error negantium pædobaptismum iā sæpius damnatus sit, non modò veritatis concilijs, verùm etiam Concilio Lateranensi sub Innocentio tertio, & Concilio Viennensi sub Clemente quinto, quem superioribus annis Monetarius quidam, antea à Petro Ioannis ex Psallianis, Euchitis, Messalianis, siue Enthusiastis, quorum principes Dadoës, Sabas, Adelphius, Symeones; item ex Albanensibus, Albingensibus & Armenis hæreticis collectum, atque iam olim ab Augustino & Hieronymo contra Donatistas & Pelagianos, confutatum & sopitum resuscitauit. En quibus præceptoribus subscribas? Neque enim ab hæresi abesse potest, qui hæreticis subscribit.

De confirmatione.

Quæstio. Si, inquis, baptismus tanti est momenti, & confert gratiam baptizatis, vt quid igitur confirmationis sacramento opus est?

Responsio. Imò verò multum. In baptismo, quod & Melchiades papa martyr affirmat, regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismo abluimur, post baptismum roboramur. Hoc sacramentum ait Areopagita ab Apostolis teletem vnguenti appellatum. Hoc cùm Christus imponeret manus paruulis vel instituit, vel insinuauit.

Quæstio. Cur verò baptismus à sacerdotibus quia confertur, non etiam confirmationis mysterium conferatur?

Responsio. Obseruatio hæc ex ea autoritate manauit, quòd post ascensum Domini spiritus sanctus ad Apostolos descenderit. Propterea Samaria licet baptizata fuisset, non tamē antea spiritū sanctum accepit, quā Petrus & Ioannes ad eā Ierosolymā venissent, & illis manus imposuissent: Similiter nec Ephesij, licet baptizati essent, antequā Paulus imposuisset illis manus. Nōne Cornelius antequā baptizaretur accepit spiritū sanctū? vtique, sed huius rei caussam suprà ex Augustino retuli. Deinde Petrus non simplex sacerdos fuit, sed Apostolus, sed episcopus, sed pontifex maximus.

Obiectio. Ego verò, inquis, putabā oēs Christianos esse sacer-

dotes,& vnctos ex baptismate in sacerdotes: & tu alios statuis episcopos,alios sacerdotes? Nónne Petrus ait, Vos estis genus electum, regale sacerdotium? Nónne Ioannes inquit, Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo? Nónne Apostolus ad Corinthios dicit, In vno spiritu omnes in vnũ corpus baptizati sumus,& omnes in vno spiritu potati sumus? Idem ad Rhomanos, Obsecro, inquit, vos fratres per misericordiam Dei,vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem,rationabile obsequium vestrum:quod etiam laici possunt. Siccine omnes statuis esse sacerdotes? Vilius ne tu sacerdotium putas euangelicum,quàm fuerit veteris legis? At ibi nemo nisi ex Leuitico ordine ad sacerdotium admittebatur.Hanc tuam vesaniam ante mille trecentos annos Tertullianus notauit libro de præscriptionibus hæreticorum, Ordinationes inquit,eorum temerariæ,leues, inconstantes:nunc Neophytos collocant,nunc seculo obstrictos, nunc apostatas nostros,vt gloria eos obligent,quia veritate non possunt. Nusquam facilius proficitur,quàm in castris rebellium, vbi ipsum esse illic,promereri est.Itaque alius hodie episcopus,cras alius: hodie diaconus,qui cras lector:hodie presbyter qui cras laicus, Nã & laicis sacerdotalia munera iniungunt.Quid verò est,quod autoritatibus Apostolorũ contendis? Concedo omnes nos esse in Christo vnum corpus, & regale sacerdotium spiritualiter:at de officio,de ministerio iam agitur,non de mẽbris corporis spiritualis.Officiũ autẽ sacerdotis est pastorẽ agere ouium.At pastor ab ouibus plurimũ differt· plurimũ ergo distat officium sacerdotale,à populo,plurimũ à laicis. Aliud deniq; est offerre orationes, aliud tremendum sacrificiũ agere pro peccatis populi. Neq; frustra Christus delegit duodecim Apostolos,eisq; prędicationis officium iniunxit: Non frustra septuaginta duos designauit & misit illos binos ante faciem suam: non frustra illis commisit in cœna corpus suum vt illud in suam commemorationem offerrent: non frustra inquit ad Apostolos, Sicut me misit pater,& ego mitto vos: hæc cùm dixisset insufflauit, & dixit eis, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,quorum retinueritis,retenta sunt. Non frustra denique dixit Spiritus sanctus,Segregate mihi Saulum & Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentésque eis manus dimiserunt illos. Ecce expressè hîc ordinatio apparet. Idcirco ad Timotheum inquit Apostolus,Noli negligere gratiam,quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam,cum impositione manuũ presbyterij, in his te exerce: &, Nemini citò manus imposueris, neque communicaueris peccatis alienis: &, Qui bene præsunt presbyteri, duplici digni sunt honore. & ad Titum, Huius rei gratia reliqui te in Creta,vt constituas oppidatim presbyteros & ad Philippenses,Qui huiusmodi sunt,eos in pretio habete:& ad Asianos, Attendite vobis, & cuncto gregi,in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos ad regendum

De ordine.

Responsio.

Ecclesiam Dei, quam accquisiuit sanguine suo: & ijs qui sunt Philippis cum Episcopis & Diaconis salutem dicit, atq; ad Timotheum descripto Episcopo, describit qualis esse debeat Diaconus. Hinc est, quod apostoli, conuocantes multitudinem discipulorum dixerint, Nō est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonij septem plenos spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus: nos verò orationibus & ministerio verbi instantes erimus. En aliud est orationibus insistere, aliud ministerio verbi Dei fungi, aliud mēsis ministrare, aliud esse episcopos, aliud p̄sbyteros, aliud Diaconos. Omnes ergo Christianos tales sacerdotes esse affirmare, Quintilianorū hæresis est, vt ab initio memini. Pares aūt oēs sacerdotes dici, hæresis Aërij. Quid ergo inquis? De subdiaconatu adfers? quid de alijs ordinibus? Horum Ignatius ad Antiochēses meminit, Saluto, inquit, sanctum presbyterū vestrū: saluto sanctos Diaconos, saluto subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas atq; confessores. Nihil ergo noui horum esse potest, quod calūniari non dubitas. Imò verò non calumnior, sed sacerdotes ipsimet se calumniantur & cōtemnunt. Sufficit enim soli Deo confiteri, & ipsi statuunt necessarium esse, vt sibi etiam minutula quæq; peccata recitentur. Ioannis vigesimo porrò nihil præcipitur de confessione, sed solùm sacerdotibus vt absoluant. Et licet Iacobus meminit confessionis, illa tamen fraterna est: nam non dicit, confitemini sacerdoti, sed alterutrū. Neq; Christus adulteræ dixit: Vade & confitere sacerdoti, sed vade noli amplius peccare. Hic Ambrosius ait, Petri lachrymas lego, confessionem non lego. Et in tripartita historia traditur abrogatam confessionem sub Nectario Constantinopolitano. Neopiste, hæresis hæc Montanorū & postea Iacobitarum est. Nónne Christus Petro tradidit claues regni cœlorum, vt quodcunque ligauerit super terram sit ligatum in cœlis, & quodcunque soluerit super terram, sit solutum & in cœlis? At quomodo ligabit quod ignorat? Nónne apud Ioannem Nicodemus inquit, Legem non iudicare hominem priusquam interrogauerit ab illo, & cognouerit quid fecerit? Nónne homines baptizabantur à Ioanne confitentes peccata sua? Nónne Actor. 19. multi credentium veniebant confitentes & annunciantes actus suos? Nónne Ioannes in prima sua epistola ait, Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. In huius rei figuram Christus leproso dixit, vade, ostende te sacerdoti: & offer munus quod præcepit Moses. Idem præcepit decem leprosis, Lazaro suscitato dixit, Soluite eum & finite abire. Quod ergo ad Ioannem attinet, eo capite non tantùm de remittendo agitur, sed etiā de ligando: Quorū remiseritis, inquit peccata, remittūtur eis: & quorū retinueritis, retēta sunt. Iacob. p̄mittit presbyteros introducendos super infirmos, & tandē subiungit, vt confiteātur alterutrū peccata sua. Quod si alterutrū confiteri debent peccata, quātò magis sacerdoti

cuius

Obiectio.

Responsio.

De confessiõe.

Obiectio.

Responsio.

cuius est remittere peccata? Adultera quod cõfiteri debebat, quod antea confessa est, & propter peccatũ illud Christi iudicio cõmissa? confessio vtique absolutionem præcessit. Neque enim dixisset, Vade, noli amplius peccare, nisi antea de peccato constitisset. Ambrosius lachrymas Petri idcirco commemorat, quòd confessionem illam oris sine lachrymis, sine pœnitentia, frustra fieri asserat: lachrymæ Petri efficacissima & Deo placens confessio fuit. Postremò abrogata fuit confessio pœnitentiæ solennis, non priuatæ peccatorum enumerationis. Si ergo, inquis, illa solennitas pœnitentiæ fuit abrogata, quid igitur sibi vult illa vestra satisfactio? deinde si Pelagij opinio veluti hæretica decisa ac proclamata iam olim fuerit, videlicet suis meritis consequi vitam æternam: quî fit vt satisfactionem non modò Ecclesia Rhomana retineat, verumetiam vrgeat? Ioãnes Baptista equidem missus prædicare pœnitentiam inquit, Nihil amplius faciatis, quàm cõstitutum est vobis: vbi nullius satisfactionis meminit. Dominus per Ezechielem nullam imponit satisfactionem, sed tantùm iustitiam & iudicium. Micheas dicit, Dominum à nobis nihil aliud requirere, nisi facere iudicium, diligere misericordiam, & ambulare sollicitum cum Deo nostro: vbi etiã irridet eos qui per opera satisfacere contendunt. Quid, inquit, dignum offeram domino. Nunquid ei offerã holocaustomata, & vitulos aniculos? Nunquid placari potest in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum? Christus sanè est, qui, sicut Esaias testatur, nostros languores tulit, & dolores nostros ipse portauit. Christus passione & morte sua satisfecit pro peccatis nostris, veluti quæ sufficiens erat, nõ solùm vt peccata amoueret, sed etiam pœnas deleret. Itáne satisfactionem explodere atque exterminare studes? Extermina ergo orationem, ieiunium & eleemosynas: neque enim alia opera satisfactoria confitenti iniunguntur, quibus pœnitentiam cordis corroboret. De operibus autem illis præstandis, sacra scriptura plena est, neque verò alia Christus in illo die, cùm iudicia constituet, & rationem subducet factorum nostrorum, à nobis requiret. Quid aliud Ioãnes Baptista voluit, cùm ait. Facite fructus dignos pœnitentię? Christus certè expressè dicit, Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tiro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Ecce vltra orationem, ieiunium & eleemosynas & ciliciũ, quo corpus maceratur, & cinerem commemorat, & apud Lucã nisi prudentiã habueritis, omnes similiter peribitis, sicut illi decẽ & octo supra quos cecidit turris in Siloë & occidit eos. In omnibus proinde, inquit Apostolus ad Corinthios, Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt seductores & veraces, sicut qui ignoti & cogniti, quasi morientes, &c.

Obiectio.

De satisfactione.

Responsio.

tés, & eccē viuimus vt castigati & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes: & tandem concludit, non angustiamini in nobis, inquit, angustiamini autem in visceribus: eandem habentes remunerationem, dilatamini & vos. En & opera satisfactoria, & eorundem remuneratio in promptu est. Quod ad solemnitatem pœnitentiæ attinet, non ideò abrogata est illius confessio, quod pœnitentia à medio sublata fuisse videatur, sed vt hypocrisis è medio tolleretur, quæ inde suppullulare poterat: aut minus cōtemptus, qui charitatē fraternā, si non extinguebat, saltem premebat, & proximo offendiculo haud paruo fiebat. Pelagij opinio minimè est conferenda cum satisfactione, ille em̄ sine gratia Christi id fieri dictitabat: nos soli gratiæ Christi omnia bona opera nostra tribuimus. Imò verò, inquis, tādem admonitus Pelagius non exclusit gratiam Christi, sed si illa accedat, docebat facilius posse quempiam suis meritis vita æterna potiri. At verò id nos prorsus inficiamur, & nihil nobis tribuimus aut nostris operibus quatenus ex nobis, sed ea ratione, qua ex Deo dependent: legis opera planè excludimus, ea quæ fidei sunt tantum amplectimur, vt suprà docui. Ioannes autem, quem negas satisfactionem docuisse, nónne inquit, qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui escas habet, similiter faciat? nónne præcipit dignos fieri fructus pœnitentiæ? Ezechiel autem ait: si conuersus fuerit impius ab impietate sua, & fecerit iudicium & iustitiā, vita viuet, & nō morietur. Quid aūt iudicium, nisi vt seipsum peccator iudicet, ne iudicetur? Quid iustitia, nisi vt crucē suam tollat & sequatur Christū. Christus enim iustitia nostra est, merita Christi nostra sunt, quę operibus bonis vt apprehendamus necesse est. Hinc est, quòd apostolus ad Colossenses dicat, se pro ipsis in passionibus gaudere, & adimplere ea quæ desunt passionum Christi in carne sua pro corpore eius, quæ est Ecclesia. Non quod Christus non satisfecerit, non quod passioni illius quicquam defuerit, quò ad meritum suum, quo nobis vitam æternam promeruit, sed deesse dicit, quò ad nos, quò ad nostram crucem, qua merita illius apprehendere, & nostra facere, per gratiam illius debeamus, atq; hoc est iustitiam facere, cuius Ezechiel meminit, & id sæpius alibi prolixius fortitudinem, temperantiam, castimoniam, & id genus alia opera iustitiæ inculcans docuit. Micheas porrò ridet opera legis, ad salutē sufficere, & delere peccata, non fidei, quæ ibidem etiam pręcepit, vt est facere iudicium, diligere misericordiam, ambulare in vijs domini, & id genus alia. De Christi passione iam abundè diximus pœnitentibus cooperari, quos proinde Apostolus hortatur, dicens: Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatē, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. En seruiendo iustitiæ sanctificationem Christi passione & morte nobis partem cō sequimur. Hinc est, quod in Ecclesia de indulgentijs traditur, satisfactorijs scilicet pœnis pro peccatis debitis. Paulus hic vltra eam passionem,

Obiectio. *Responsio.* *De indulgentijs.*

quæ

quæ peccatis suis debebatur, patitur etiã pro ecclesia, & adimplet in ea, vt dictum est, quæ desunt passionũ Christi. Christus sibi meruit nomẽ supra omne nomen: nobis meruit remissionẽ peccatorũ in suo sanguine. Nullus martyrũ est, nullus sanctorum qui eodẽ modo & sibi & merito Christi nõ mereretur, & alijs eodẽ merito. Sibi quidẽ vitã æternã, alijs aũt sua doctrina & exẽplo participationẽ eiusdẽ vitæ ęternę. Idcirco, inquit Christus, Luceat lux vestra corã hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem qui in cælis est. Et Iacobus, Fratres, inquit, si qs inter vos errauerit à veritate, & conuerterit quis eum, sciat, quòd qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluam faciet animam à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Qui ergo luxerunt, qui ab errore peccatores conuerterũt, propemodum infiniti cùm martyres, tũ cõfessores fuerũt, & ecclesiæ cõtulerunt operimentũ infinitorũ peccatorũ in sanguine Christi, qui passus est pro vniuerso mũdo, & factus propitiatio ꝓ peccatis nostris. Et Ioãnes ait, Et nõ nostris tantũ, sed totius mũdi: vnde tandẽ indulgẽtiæ in Ecclesia manarũt. Quoniã cũ passio Christi pro toto mũdo satisfaciat, & illã passionẽ, atq; satisfactionẽ maior pars spreuerit: vtiq; infinitũ thesaurũ satisfactionũ Christi superesse in sacramẽtis, quibus eadẽ passio Christi satisfacit, in cõfesso est: quo & superabundãtia sanctorũ meritorumq́, quatenus ad officium satisfaciẽdi, spectat: nã in superabundãtia passionũ cõsistit superabundãtia satisfactionũ, vt ex Paulo, & Iobo, atq; similibus liquet. Miseriæ autẽ sanctorũ adiũgendæ veniunt pressuris Christi ad cõmunẽ ecclesiæ vtilitatem. Atq; hic ille est thesaurus meritorũ, de quo dicit Ecclesia, Precibus & meritis sanctorũ. Quod enim Paulus adimpleuit, nemo idẽ negabit de alijs sanctis crucẽ Christi portantibus & eũ sequẽtibus. Hunc ergo thesaurũ dispẽsat Papa, sicut Apost. ait. Sic nos inqt, existimet homo, vt ministros Christi, & dispẽsatores ministeriorũ eius. Itẽ, dispẽsatio mihi credita est, deinde, Nã & ego ꝙ donaui, si quid donaui, ꝓpter vos, in ꝑsona Christi. Harũ aũt indulgẽtiarũ Euãgelij figura fuerũt in veteri testamẽto Iubelęi: vt iã nemo ambigere possit de certitudine indulgẽtiarũ, veluti quarũ vsus ante annos 900. floruit, & ab vniuersa Ecclesia reuerenter susceptæ sunt, & quoq; Cõcilio Viennẽsi sub Vrbano IIII. ꝓ sacrosanctæ eucharistię veneratione approbatæ. Quas etiã iure Papa extẽdit in animas, quæ in purgatorio sunt, cùm illæ nõ ad mortẽ, sed ad salutẽ ibi purgẽtur: idq; nõ autoritate absoluẽdi, sed per modũ suffragãdi, vt paulòpòst patebit. At inqs, ꝗ fieri potest, vt sanctorũ merita ꝑ indulgẽtiarũ thesaurũ nobis applicari valeãt, siquidẽ nõ sint cõdignę passiões huius tp̃is ad superuẽturã gloriã, q̃ reuelabitur i nobis? Potest vtiq;. Sicut .n. (vt Tilmãni verbis vtar) Christi op... nul erãt meritoria & satisfactoria; meruit siquidẽ & sibi ꝑ humilitatẽ passionis, gloriã resurrectiõis, iuxta illud Apost. ad Philip. Humiliauit semetipsum, factus obediẽs vsq; ad mortẽ crucis, ꝓpter qđ Deus exaltauit illũ: meruit & nobis; quoniam si vnius delicto, vt ad Rhomanos ait, mortui multi sunt, multò magis gratia Dei, & donum in gratia Obiectio. Responsio.

vnius

& absentiam huiusmodi potuit mutari præceptum Domini, à Mose, Helia, Ezechia, &c. quantò magis propter causas grauiores idem ab Ecclesia fieri potest: Ita planè etiam Eucharistiæ altera species propter hæresim Nestoris qui viuificatricem carnem in Eucharistia negabat, sed cadauer saltem & cruorem statuebat negans diuinitatem Christi, Cōcilio Ephesino tempus adempta fuit, non tantùm laicis vt falsò opinaris, verumetiam clericis. Ne porrò Christi institutum labefactaretur, retenta est in tremendo sacrificio vtriusque speciei institutio, atque ita neque vt præceptum domini sustulerat prorsus Moses, sic ecclesia sustulit Eucharistiæ alienam speciem, quando vtramque in sacrificio retinuerit: neque prorsus nouā induxit consuetudinem, sed idem quod à Christo factitatum, & postea ab Apostolis comperitur. Solius enim panis Ioannes sexto capite meminit. Euntibus discipulis duobus in Emaus sub sola specie panis Christum porrexisse Eucharistiam, testatur Augustinus lib. 3. de consensu Euangelistarum, & Chrysostomus super Matthęum. Oratio Dominica panis tantum meminit, Actuum Apostolicorum cap. 2. Erant perseuerantes in doctrina Apostolorum, communicatione, fractione panis & orationibus. Apostolus ad Corinthios epulandum esse in azymis synceritatis & veritatis, docet hic nulla vini: panis tantùm mentio fit. Paulus Heremita. Amb. Hieronymus. Bernar. morituri, cōmunicauerunt saltem sub specie panis. Itaque explosa Nestoris hęresi, tandē vtraque species rursus omnibus permissa est, id quod Ecclesia Græca resumpsit, Rhomana verò, cùm expenderet in Eucharistia viuum Christum verè contineri, & sub altera specie æquè totum ac sub vtraque esse, atque vsum vtriusque retineri in tremēdo sacrificio: Deinde etiam multitudinem populi, & quædam incommoda in administratione calicis dispiceret, retinuit Ephesini Concilij decretum: neque id in dubium reuocatum fuit ante Bohemicam seditionem, quæ & Christi institutionem, & exemplum Græcorum vrsit, atque prorsus damnauit vsum alterius saltem speciei. Quocirca Cōstantiensi Concilio pro hæreticis declarati sunt Bohemi. nō quidem propter institutionem Christi, de vtraque specie: sed propterea quòd Ecclesiam errasse affirmarent, quæ sub vna specie Eucharistiam populo exhiberet. Basiliensi autem Concilio, in quo longius hęc res cum Bohemis disputata est sessione 30. hoc pacto cōclusum est. Decernit, inquit, hęc sacra synodus, & declarat, quòd fideles laici siue clerici, communicantes & non conficientes, non adstringuntur ex præcepto domini ad suscipiendum sub vtraque specie, panis scilicet & vini, sacrum Eucharistiæ sacramentum: sed ecclesia, quæ regitur spiritu veritatis secum manente in æternum, & cum qua Christus manet vsque ad consummationem seculi, ordinare habet quomodo ipsis non conficientibus ministretur, prout pro reuerentia ipsius sacramēti, & saluti fidelium viderit expedire. Siue autem sub vna specie, siue duplici quis communicet, secundum ordinationē seu obseruationē Ecclesiæ, proficit dignè cōmunicantibus ad salutē. Hactenus synodus. Putas tu, inquis, *Obiectio.*

inquis, in Eucharistia esse verum Christi corpus? Nonnè Christus, apud Matth. dicit, pauperes semper habebitis vobiscum, me autem nō semper habebitis? Quod si in Eucharistia esset, eum semper vtique haberemus. Neque verò caro, de qua tot cōtentiones hodie fiunt, quicquā prodest, sed spiritus est q viuificat, inquit Ioānes. Idcirco Augustinus super Psal. 4. ait. Donec finiatur seculum sursum est dominus. Id tres articuli fidei docent, videlicet, Ascendit in cælum, sedet ad dexteram patris, Inde venturus est. si ergo in cœlo est, quomodo altari? quādo idem corpus in duobus locis esse nequeat.

In Eucharistia verum corpus.

Responsio. Nihil moror vesaniam tuam Neopiste, nihil crassissimam ignorantiam aut malitiam potius, blasphemia tua moueor, qua Valentinum, Marcum, Apellem, Hæreticos resuscitas. Quid significantius à Christo de corpore suo in Eucharistia dici poterat, quā cū, inquit, hoc est corpus meū, & hic est sanguis meus?

Obiectio. Nonnè apud Ioannē dicit, panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita? At verò ait, eum locū de spirituali esu esse intelligendum, quia sequitur? spiritus est, qui viuificat: Caro non predest quicquā.

Responsio. Cæterum, Neopiste, contradicit tibi Theophylactus, Cyrllus, Chrysostomus, Augustinus, qui omnes hæc verba exponentes, ad corporalē & visibilē manducationē esse referēda docēt. Quòd autem spiritus sit, qui viuificet, & caro nō prosit quicquam, sic exponūt Theopylactus & Cyrillus, id est, Caro ista, quā dixi viuificaturam, eum qui illam sumpserit, suapte natura efficere hoc non valebit, tamen hoc efficiet propter inhabitantem in ea spiritū filij Dei: nam hic spiritus est qui viuificat verè. Caro autem sola nihil prodesse poterat, sed propter coniunctionem cum verbo ad altiorem quandā dignitatē eleuata est, vt viuificatrix esse possit. Propterea Irenæus lib. 5. contra Valentini & similium Hæresum, inquit, vani autem omnino sunt qui vniuersam dispositionem dei contemnunt, & carnis salutē negant, & regenerationem eius spernunt, dicentes, non eam capacem esse incorruptibilitatis. Sic autē, secundum hæc videlicet, nec dominus sanguine suo redemit nos, neque calix Eucharistię cōmunicatio sanguinis eius, neque panis quem frangimus cōmunicatū corporis eius est. Sanguis enim non est, nisi à venis & carnibus, & à reliqua, quæ est secundum hominē, substantia, qua verò factum verbum dei, sanguine suo redemit nos. Quēadmodum & Apostolus eius ait, In quo habemus redemptionē per sanguinem eius & remissionem peccatorum. Et quoniam membra eius sumus & per creaturam nutrimur: creaturam autem ipse nobis præstat, solem suum oriri faciens & pluēs quemadmodū vult, eū panē qui est creatura, suum corpus confirmauit, ex quo nostra auget corpora? Quando ergo & mixtus calix & fractus panis percipit verbū Dei, fit Eucharistia sanguinis & corporis Christi, ex quibus augetur & cōsistit carnis nostræ substantia. Quomodo carnem negant capacem esse donationis Dei, qui est vita æterna: quæ sanguine & corpore Christi nutritur, & membrum eius quemadmodum & Apostolus ait, in ea quæ est ad Ephesios epistola. Quoniam membra sumus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius, non de spirituali aliquo & inuisibili homine dicens hæc, Spiritus

enim neq; ossa, neq; carnes habet. sed de ea dispositione, q est secundũ hominẽ, q ex carnibus, & neruis, & ossibus consistit, q de calice, qui est sanguis eius, nutritur, & de pane, qui est corpus eius, augetur. Ecce quàm significãter verba Christi Irenæus vetustissimus interpres & martyr, q Policarpi discipuli Ioãnis Euangelistæ discipulus fuit, exponit, scilicet corpus Christi in Eucharistia non spirituale, sed carnale, quòd ex carne, neruis, & ossibus cõsistit, esse. Tibine verò deprauãti scripturas homini Epicureo, & omnibus sceleribus notatissimo, an sancto martyri & discipulo Apostolorũ exponenti, & tuorũ pceptorũ opinionẽ, quqs tu defendis, oppugnanti, magis credendũ erit? Paulus idcirco ad Corinthios non frustra dicit, Calix benedictionis, cui benedicimus, nónne cõmunicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nõne participatio corporis Dñi est? Quoniã vnus panis, & vnũ corpus multi sumus, oẽs qui de vno pane & vno calice participamus. Vnde satis manifestè cõstat, in vnaquaque panis consecrati particula participari corpus Christi. Deniq; non in cassum monet, vt seipsum homo probet, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi mãducat & bibit, non deiudicans corpus Domini. Quid ita? quia propter Christi pſentiam peccatũ ab indignè sumente pertinet ad corpus Christi. Quo in loco docet Paulus Corint. ne credant esse simplicẽ cibũ in altari, sed corpus Christi: quod qui mãducãrit indignè, reus sit sui, nõ diiudicãs, nõ discernẽs corpus Dñi ab alijs cibis. Itaq; argumẽta, quibus tu tuã hæresim muniuisti, nihil omnino probãt. Quod eñ Christus dixit, Pauperes semp nos habere, se autẽ non itẽ: id pſentiæ Christi nihil derogat. Nam sermo hic est de vnguento pcioso, effuso super caput Christi recumbentis, quod melius putabant venundari & erogari in pauperes. His respondet Christus, pauperes illis non defuturos, in quos beneficia cõferre possint, suã verò horã & consummationẽ iã adesse, qua expleta eiusmodi beneficijs opus nõ sit habiturus. Rationẽ addit. Mittẽs enim, inquit, hæc vnguẽtũ hoc in corpus meũ, ad sepeliẽdũ me fecit. En causam. Nõne vera pdixit? Nõne mulieres vno sabbatorũ, pfundo dilucido venerũt ad monumẽtũ, portãtes q parauerãt aromata & vnguẽta, & cũ ingressæ essẽt in monumentum, non inuenerunt corpus domini Iesu? Perfecerat iam antea mulier illa debitum, quod postea perficere non potuit, quia eo non amplius Christus eguit. Ergo pauperes, inquit, semper habetis vobiscũ, quibus benefaciatis: mea verò hora nunc instat, vt his beneficijs defunctus, mihi mè eiusmodi vnguentis apud me locus esse possit: tum si quid pauperibus boni facere volueritis, satis multos habebitis. Nõ iam me mortalẽ, sed immortalem habebitis: ita post resurrectionem visus est & conuersatus in fractione panis aliquoties Apostolis, visus Stephano, visus & Paulo. Quomodo verò Spiritus viuificet, caro non prosit quicquã, dictũ est. Quare tua illatio satis puerilis est. Christus eñ nõ de sua carne loquitur, sed de carne Capharnaitica, quæ dẽtibus diripitur & dilaniatur. Christi autem caro spiritũ viuificantẽ cõiunctũ habet, quia ipse est panis viuus, qui de cælo descẽdit. Si autem viuus non esset, caro illius nil prodesset.

 Id est,

ctus datur eis. Si ergò & fides, & gratia Dei, non ex nobis est, sed ex Deo, & donum Dei: quid impedit igitur vt hoc donum Dei non æquè ad infantes pertineat, ac adultos? quando Christus ipse fateatur talium esse regnum cœlorum? Quorum autem est regnum cœlorum, quomodo inepti erunt ad spiritum sanctum accipiendum? quòd si spiritum accipiunt, qui fiet quominus baptizentur? Nónne illud tibi respondebimus cum Petro, Nunquid quis prohibere potest, vt non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? At enim, inquis, Christus inquiens, Talium est regnum cœlorum, non probat, infantes præditos esse spiritu sancto, neque hic de paruulorum fide agit, sed de his qui paruulis similes humilitate sunt, id est, de adultis fidelibus. Itáne de similibus? Nónne id magis inest illi, ad cuius similitudinem alia fieri debent, & cum quo alia conferuntur, quàm illis quę ad id referuntur? Nónne nota est maxima, Propter quod vnũquodq; tale illud magis tale? Si ergo adulti propter paruulorum similitudinẽ maiores dicũtur in regno cœlorum, ergo paruuli tantò magis. Si nemo, nisi sicut paruulus efficiatur, possit intrare in regnum Dei, ergo paruuli maximè ingrediuntur in regnum Dei. Si fides pusillorum in adultis probatur, ergo tantò magis in pusillis. Si bona & firma fides est pusillorum in adultis, ergo tantò firmior in pusillis. Verum clarus est textus, Aduocans, inquit, IESVS paruulum, statuit eum in medium eorum, & dixit. Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, &c. Vides quòd paruulum in medium protulerit, & de eo locutus sit, adq; eum adultos retulerit, cumq́ue eo eiusq́ue humilitate, fide, & cæt. adultos contulerit? Ostendit hîc digito pusillum illum, quem in medio constituit, & dicit eum in se credere: dicit Angelos paruulorum in cœlis semper videre faciem patris sui: dicit se de cœlo venisse ad seruandum paruulos: dicit non esse voluntatem patris sui, vt pereat vnus ex paruis istis: vetuit idcirco ne quisquam paruulos istos sperneret: & tu tam expressam scripturam, tam manifestam veritatem negare & oppugnare audes? Nónne intelligis filios Dei non esse illos qui ex sanguinibus, qui ex voluntate carnis, qui ex voluntate viri, sed qui ex Deo nati sunt? Tales Theodidactos Apostolus ad Thessalonicenses vocat, & Christus renatos ex spiritu & aqua. Quid si, inquis, infans, vbi ad iustam ætatem venerit, tandem deficiat? Multi sanè, vt Augustinus contra Donatistas libro quarto disputat, post Baptismum proficientes, & maximè qui infantes vel pueri baptizati sunt, quantò magis intellectus eorum serenatur & illuminatur, dum interior homo renouatur de die in diem, priores suas opinio-

Obiectio. Responsio. Obiectio. Responsio.

opiniones, quas de Deo habebant, cùm suis phantasmatibus ludificantur, irrident, & detestantes, atque confitentes obijciunt: nec tamen ideo non accepisse baptismum existimantur, aut talem baptismum accepisse dicuntur, qualis fuit error ipsorum: sed in eis & sacramenti integritas honoratur, & mentis vanitas emendatur: etiamsi confirmata & fortasse multis contentionibus defensa coaluerat. Hæc ille. Hinc Paulus ad Hebræos ait, Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, &c. & prolapsi sunt, rursus reuocari ad pœnitentiam. Non negat reiterationem pœnitentiæ, vt Nouatiani, sed renouationis, id est baptismi. Vbi ergo gratia baptismi? Gratiæ id nihil officit, Nam inquit libro primo contra Donatistas, sicut fit cùm quispiam à tenebris per lucem transit ad tenebras, oculi quidem eius per tenebras perpetuo diriguntur, sed non potest lux nisi perfundere transeuntem. ita fit & de baptizatis, in gratia Dei non permanentibus. Quare baptisma vbicunque fuerit sanctum est per se ipsum. Mali ergo & qui baptizati damnantur per baptismi lucem transierunt ad malitiæ suæ tenebras continuò redeuntibus peccatis, quæ baptismatis sanctitas in illo temporis puncto dimiserat, tanquam redeunte obscuritate, quam lux in transitu excusserat. Tempus proinde quo accipitur indulgentia per baptismum tanquam tempus est reddendæ rationis, vt omnia debita quæ inuenta fuerint dimittantur. Quare non impeditur baptismi gratia, quominus omnia peccata dimittat, etiamsi odium fraternum in eius cuius dimittuntur animo perseuerat, vt parabola serui debitoris decem millium talentorum constat, cui omnia deprecanti dimissa erant: qui cùm conseruo suo centum denarios remittere noluisset, iussus est reddere, quæ sibi dimissa fuerant. Soluitur enim hesternus dies, & quicquid superest soluitur, etiā ipsa hora momentumq; ante baptismum & in baptismo. Deinceps autem reus esse continuò incipit, non solùm consequentium, sed etiā præteritorum dierum, horarum momentorum, redeuntibus omnibus quæ dimissa sunt peccatis. Hæc ex Augustino. Baptismus igitur confert gratiā? Maximè. Beatus Petrus enim in die Pentecostes, loquens ad Iudæos sua prædicatione compunctos, ait, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorū vestrorum, & accipietis donum spiritus sancti. Et Apostolus ad Galatas, Quicunq; in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et ad Titū, Cùm autem, inquit, benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quam fudit in nos abundè per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Vnde manifestum est, baptismum habere vim & potestatem peccata delendi, & gratiam conferendi. Atenim si gratiā confert.

Quæstio. Responsio. Quæstio. Responsio. Obiectio.

confert baptismus, si peccata delet: qui fit quòd Simon Magus damnatus sit? quòd multi baptizati pereant? Neq; enim peccare potest, qui spiritum sanctum accepit. *Responsio.* Iráne verò peccare non potest? Nónne iustus septies in die cadit? at cadere peccare est: & tamen idcirco iustus non desinit esse iustus, quia quoties cadit toties resurgit. Deinde inficias nō ibis, & Caipham & Saulem aliquando prophetasse, quod sine spiritu sancto facere non potuerunt: quin & Prophetæ, & Apostoli defecerunt. Neque verò Prophetæ semper sunt Prophetæ siue videntes prædicentesq; : neq; habitus continuus est prophetia, sed donum, & passio, & spiritus transiens. & cùm nullus sit qui non peccet, nullus est à quo non recedat spiritus, & ad tempus saltem relinquat, nisi à solo filio Dei Iesu Christo, de quo ideo dictum fuit ad Ioannem, super quem videris spiritum descendentem & manentem in eo, hic est filius Dei, qui baptizat in spiritu sancto, potens illum etiam alijs impertiri. Hinc constat, baptismum & gratiam Dei, etiamsi is qui baptizatus est & accepit donum Dei pereat, illibatam nihilominus permanere, & nihil impedire quominus paruuli baptizari debeant. Quòd si porrò de crasso & animali homine sermo tibi est, & hunc videamus. Nihil dicā de infantibus, qui mox patres à matribus & hos ab alijs dignoscunt: inspiciamus surdos, mutos, cæcos, qui neque audire, neque loqui, neque videre possunt, qui vsque adeò inepti sunt ad discendum, & verbum Dei audiendum: an tu istos non baptizabis, & regno Dei excludes, quos Deus creauit, ex vtero matris eduxit, quibus animam humanam indidit, quos denique in imagine sua ad similitudinem suam effinxit? Deinde animalem hominē videamus. Nónne Apostolus inquit, Animalis autem homo nō percipit ea, quæ sunt spiritus Dei? Nóne percepto iam baptismo dicit eos animales adhuc esse? Et quis est, qui non sit animalis? Nónne Apostolus fatetur ipse, se non quod velit bonum, sed quod nolit malum agere? Nonne & aliā legē videt in membris suis, repugnantem legi mentis suæ, & captiuantem se in lege peccati, quæ est in membris suis? At Paulus si non fuit homo spiritualis, quis ergo? Nónne alij sunt in Ecclesia quibus lac datur, alij quibus solidus cibus? An verò tu animalem hominem à baptismo repelles? Anima vtique secundum sensum carnalem, non potest nisi de Deo carnaliter sapere, corporis sensibus dedita, vt Augustinus ait. Si ergo animales homines omnes sumus, si homo animalis baptizatur, qui non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, quantò magis homo spiritualis baptizabitur, in quo anima secundum carnalem sensum sapere nequit, carnalibus sensibus destituta? Cui autem dubium, tales esse infantes, in quibus viget & illibatus permanet spiritus? Quòd si adhuc auditum corporis & non mentis potiùs vrges, quid aliud agis, quàm vt animalem hominem spirituali anteferas? *Obiectio.* Si inquis, theodidacti sumus, si spiritus audiunt nostri, si spiritus respondent, si confitentur, credunt, ad quid ergo prædicatio verbi Dei? *Responsio.* Hæc eò necessaria est, vt in officio contineatur crescens ætas, quæ quantò magis crescit, tantò magis intellectum obfuscat, inq;

malum

nualtechnis diaboli, qui dies noctesq; circuit tanquam leo rugiens quærens, quem deuoret, præcipitat, nisi prædicatione verbi Dei continuò retineatur in pietate & religionis synceritate. Neque verò propter prædicationem, sed propter donum Dei prædicatione conuertimur ad Deum. Nonnè Paulus Thessalonicę prædicauit verbum Dei? nō tamen ibi omnes vel crediderunt, vel baptizati fuerunt, quin etiā ob metū, per noctem emissus est Paulus, simul & Silas in Berrhæā: hic cū quoque prædicatione sua parum proficeret, clàm se & hinc Athenas contulit, vbi paucos, ex quibus Areopagita & mulier Damaris saltem nominantur, conuertit, pluribus incassum verbū Dei annuncians. Quid ita? quia nō prædicatio, sed donum Dei operatur vt quis credat, quod idem donum & vt baptizetur idē efficit. Ita præcessit angelus ad Corneliū & edocuit illum vbi esset Petrus, vtque illum ad se accerseret, & ante baptismi collationem spiritū sanctum accepit, eodémque spiritu effectum est, vt ignara domus illius Dei, tandem vno momento gnara fieret. Similiter custos ille Philippis sua fide fecit, vt vniuersa sua domus crederet Euangelio & baptizaretur. Vnde nulla difficultate constat, gratiam aliam esse quæ nos præuenit, aliam quæ comitatur, aliam quæ consequitur. Gratia Corneliū præuenit angelus annuncians: comitata est, quia ex Petro verbum Dei audiuit, consecuta, quia spiritum sanctum audito Dei verbo accepit. Quis autem dubitabit, præuenientem gratiam infantibus inesse, quorum dixit esse regnum cælorum? quos adultis pro exemplo statuit. Vt nisi fuerint sicut infantes, & captiuauerint suum intellectum in ijs quæ Dei sunt, & simpliciter crediderint veluti infantes innocentes vita & moribus, apti regno Dei esse nequeant. Propterea sapientiam sapientum ridet Paulus, & ait stultitiam Dei sapientiorem esse, quàm homines: & imbecillitatem Dei robustiorem, quàm homines. & quæ ignobilia sunt in mundo contemptáque & ea quæ non erant, vt ea quæ sunt obliteraret, vt ne gloriaretur vlla caro coram ipso, Deus delegit. Quocirca Christus patri gratias agit, quòd ea à sapiētibus huius seculi abscondérit, & reuelauerit paruulis. Paruulos ergo & paruulis similes duntaxat delegit Dominus: & tu illos deijcis? Dionysius Pauli Apostoli discipulus in ecclesiastica Hierarchia vt paruuli baptizētur expressè Apostoli cū esse docet inquiens, Istud cùm pijssimis ducibus nostris (ita nūcupat Apostolos) in mētem venisset, visum est admittere infantes hoc modo, vt naturales oblati paruuli, parentes puerum vni ex fidelibus tradāt præclaro diuinarum rerum magistro, in hunc præsul spondentem puerum iuxta sanctam educatum vitam requirit, vt abrenunciationem profiteatur, fidémque fateatur. Ecce pueros ab Apostolis baptizatos, sub spōsione patrinorū siue susceptorū. Cyprianus, & totū conciliū Aphricanum ad Fidū, qui opinabatur pueros intra secūdū & tertiū diē cōstitutos, nō debere baptizari. Respōdet Cyprianus, Lōgè aliud in cōcilio nostro omnibus visum est, in hoc enim, quod tu putabas faciēdū, nemo cōsensit, sed vniuersi iudicauimus nulli hominū nato misericordiā Dei & gratiā

deflegandam. Idem sensit Origenes in Epistola ad Rhomanos. Augustinus super Gen. ait, Consuetudo matris Ecclesiæ, in baptizandis paruulis, nequaquam spernenda est, neque vllo modo superflua deputanda, nec omnino credenda, nisi Apostolica esset traditio. Hieronymus aduersus Pelagianos affirmat paruulos baptizari, vt eis peccata in baptismate dimittantur. Concilium Mileuitanum contra Pelagianos hæreticos Canone. 77. Itē placuit, inquit, vt quicunque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur, vnde fit consequens, vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum nō vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. In quinta Synodo Cōstantinopolitana eam ob rem damnati sunt Zoara Syrus monachus, Seuerus Antiochenus, Petrus Antiochenus, Antymus Trapezūtius, Petrus Apamarum. Itaque si nusquam in scripturis pædobaptismus legeretur, non parua hac consuetudine claret autoritas, quod ab ipsis Apostolis hunc morem ecclesia in hanc vsque horam retinuerit: quo argumento Augustinus etiam suffragia pro defunctis statuit. Taceo quòd hic error negantium pædobaptismum iā sæpius damnatus sit, non modò veritatis concilijs, verùm etiam Concilio Lateranensi sub Innocentio tertio, & Concilio Viennensi sub Clemente quinto, quem superioribus annis Monetarius quidam, antea à Petro Ioannis ex Psallianis, Euchitis, Messalianis, siue Enthusiastis, quorum principes Dadoës, Sabas, Adelphius, Symeones: item ex Albanensibus, Albingensibus & Armenis hæreticis collectum, atque iam olim ab Augustino & Hieronymo contra Donatistas & Pelagianos, confutatum & sopitum resuscitauit. En quibus præceptoribus subscribas? Neque enim ab hæresi abesse potest, qui hæreticis subscribit.

De confirmatione.

Quæstio. Si, inquis, baptismus tanti est momenti, & confert gratiam baptizatis, vt quid igitur confirmationis sacramento opus est? *Responsio.* Imò verò multum. In baptismo, quod & Melchiades papa martyr affirmat, regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismo abluimur, post baptismum roboramur. Hoc sacramentum ait Areopagita ab Apostolis teletem vnguenti appellatum. Hoc cùm Christus imponeret manus paruulis vel instituit, vel insinuauit. *Quæstio.* Cur verò baptismus à sacerdotibus quia confertur, non etiam confirmationis mysterium conferatur? *Responsio.* Obseruatio hæc ex ea autoritate manauit, quòd post ascensum Domini spiritus sanctus ad Apostolos descenderit. Propterea Samaria licet baptizata fuisset, non tamē antea spiritū sanctum accepit, quā Petrus & Ioannes ad eā Ierosolymā venissent, & illis manus imposuissent: Similiter nec Ephesij, licet baptizati essent, antequā Paulus imposuisset illis manus. Nōne Cornelius antequā baptizaretur accepit spiritū sanctū? vtique, sed huius rei caussam suprà ex Augustino retuli. Deinde Petrus non simplex sacerdos fuit, sed Apostolus, sed episcopus, sed pontifex maximus. *Obiectio.* Ego verò, inquis, putabā oēs Christianos esse sacerdotes.

dotes,& vnctos ex baptismate in sacerdotes: & tu alios statuis episcopos,alios sacerdotes? Nónne Petrus ait, Vos estis genus electum, regale sacerdotium? Nónne Ioannes inquit, Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo? Nónne Apostolus ad Corinthios dicit, In vno spiritu omnes in vnũ corpus baptizati sumus,& omnes in vno spiritu potati sumus? Idem ad Rhomanos,Obsecro, inquit, vos fratres per misericordiam Dei,vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem,rationabile obsequium vestrum:quod etiam laici possunt. Siccine omnes statuis esse sacerdotes? Viliuśne tu sacerdotium putas euangelicum,quàm fuerit veteris legis? At ibi nemo nisi ex Leuitico ordine ad sacerdotium admittebatur.Hanc tuam vesaniam ante mille trecentos annos Tertullianus notauit libro de præscriptionibus hæreticorum, Ordinationes inquit,eorum temerariæ,leues, inconstantes:nunc Neophytos collocant,nunc seculo obstrictos, nunc apostatas nostros,vt gloria eos obligent,quia veritate non possunt. Nusquam facilius proficitur,quàm in castris rebellium, vbi ipsum esse illic,promereri est. Itaque alius hodie episcopus,cras alius: hodie diaconus,qui cras lector:hodie presbyter qui cras laicus,Nã & laicis sacerdotalia munera iniungunt.Quid verò est,quod autoritatibus Apostolorũ contendis? Concedo omnes nos esse in Christo vnum corpus, & regale sacerdotium spiritualiter:at de officio,de ministerio iam agitur,non de mẽbris corporis spiritualis.Officiũ autẽ sacerdotis est pastorẽ agere ouium.At pastor ab ouibus plurimũ differt: plurimũ ergo distat officium sacerdotale,à populo,plurimũ à laicis. Aliud deniq; est offerre orationes, aliud tremendum sacrificiũ agere pro peccatis populi. Neq; frustra Christus delegit duodecim Apostolos,eisq; prędicationis officium iniunxit: Non frustra septuaginta duos designauit & misit illos binos ante faciem suam: non frustra illis commisit in cœna corpus suum vt illud in suam commemorationem offerrent: non frustra inquit ad Apostolos, Sicut me misit pater,& ego mitto vos: hæc cùm dixisset insufflauit, & dixit eis, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,quorum retinueritis,retenta sunt. Non frustra denique dixit Spiritus sanctus,Segregate mihi Saulum & Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos.Tunc ieiunantes & orantes, imponentésque eis manus dimiserunt illos. Ecce expressè hic ordinatio apparet. Idcirco ad Timotheum inquit Apostolus,Noli negligere gratiam,quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam,cum impositione manuũ presbyterij, in his te exerce: &, Nemini citò manus imposueris, neque communicaueris peccatis alienis: &, Qui bene præsunt presbyteri, duplici digni sunt honore. & ad Titum, Huius rei gratia reliqui te in Creta,vt constituas oppidatim presbyteros & ad Philippenses,Qui huiusmodi sunt,eos in pretio habete:& ad Asianos, Attendite vobis, & cuncto gregi,in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos ad regendum ecclesiam

De ordine.

Responsio.

Ecclesiam Dei, quam accquisiuit sanguine suo: & ijs qui sunt Philippis cum Episcopis & Diaconis salutem dicit, atque ad Timotheum descripto Episcopo, describit qualis esse debeat Diaconus. Hinc est, quod apostoli, conuocantes multitudinem discipulorum dixerint, Nō est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonij septem plenos spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus: nos verò orationibus & ministerio verbi instantes erimus. En aliud est orationibus insistere, aliud ministerio verbi Dei fungi, aliud mēsis ministrare, aliud esse episcopos, aliud p̄sbyteros, aliud Diaconos. Omnes ergo Christianos tales sacerdotes esse affirmare, Quintilianorū hæresis est, vt ab initio memini. Pares aūt oēs sacerdotes dici, hæresis Aërij. Quid ergo inquis? De subdiaconatu adfers? quid de alijs ordinibus? Horum Ignatius ad Antiochēses meminit, Saluto, inquit, sanctum presbyterū vestrū: saluto sanctos Diaconos, saluto subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas atque confessores. Nihil ergo noui horum esse potest, quod calūniari non dubitas. Imò verò non calumnior, sed sacerdotes ipsimet se calumniantur & cōtemnunt. Sufficit enim soli Deo confiteri, & ipsi statuunt necessarium esse, vt sibi etiam minutula quæque peccata recitentur. Ioannis vigesimo porrò nihil præcipitur de confessione, sed solùm sacerdotibus vt absoluant. Et licet Iacobus meminit confessionis, illa tamen fraterna est: nam non dicit, confitemini sacerdoti, sed alterutrū. Neque Christus adulteræ dixit: Vade & confitere sacerdoti, sed vade noli amplius peccare. Hic Ambrosius ait, Petri lachrymas lego, confessionem non lego. Et in tripartita historia traditur abrogatam confessionem sub Nectario Constantinopolitano. Neopiste, hæresis hæc Montanorū & postea Iacobitarum est. Nónne Christus Petro tradidit claues regni cœlorum, vt quodcunque ligauerit super terram sit ligatum in cœlis, & quodcunque soluerit super terram, sit solutum & in cœlis? At quomodo ligabit quod ignorat? Nónne apud Ioannem Nicodemus inquit, Legem non iudicare hominem priusquam interrogauerit ab illo, & cognouerit quid fecerit? Nónne homines baptizabantur à Ioanne confitentes peccata sua? Nónne Actor. 19. multi credentium veniebant confitentes & annunciantes actus suos? Nónne Ioannes in prima sua epistola ait, Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. In huius rei figuram Christus leproso dixit, vade, ostende te sacerdoti: & offer munus quod præcepit Moses. Idem præcepit decem leprosis, Lazaro suscitato dixit, Soluite eum & finite abire. Quod ergo ad Ioannem attinet, eo capite non tantùm de remittendo agitur, sed etiā de ligando: Quorū remiseritis, inquit peccata, remittūtur eis: & quorū retinueritis, retēta sunt. Iacob. p̄mittit presbyteros introducendos super infirmos, & tandē subiungit, vt confiteātur alterutrū peccata sua. Quod si alterutrū confiteri debent peccata, quātò magis sacerdoti

Margin notes: Obiectio. / Responsio. / De confessiōe. / Obiectio. / Responsio.

cuius est remittere peccata? Adultera quod cōfiteri debebat, quod antea confessa est, & propter peccatū illud Christi iudicio cōmissa? confessio vtique absolutionem præcessit. Neque enim dixisset, Vade, noli amplius peccare, nisi antea de peccato constituisset. Ambrosius lachrymas Petri idcirco commemorat, quòd confessionem illam oris sine lachrymis, sine pœnitentia, frustra fieri afferat: lachrymæ Petri efficacissima & Deo placens confessio fuit. Postremò abrogata fuit confessio pœnitentiæ solennis, non priuatæ peccatorum enumerationis. Si ergo, inquis, illa solennitas pœnitentiæ fuit abrogata, quid igitur sibi vult illa vestra satisfactio? deinde si Pelagij opinio veluti hæretica decisa ac proclamata iam olim fuerit, videlicet suis meritis consequi vitam æternam: qui fit vt satisfactionem non modò Ecclesia Rhomana retineat, verumetiam vrgeat? Ioānes Baptista equidem missus prædicare pœnitentiam inquit, Nihil amplius faciatis, quàm cōstitutum est vobis: vbi nullius satisfactionis meminit. Dominus per Ezechielem nullam imponit satisfactionem, sed tantùm iustitiam & iudicium. Micheas dicit, Dominum à nobis nihil aliud requirere, nisi facere iudicium, diligere misericordiam, & ambulare sollicitum cum Deo nostro: vbi etiā irridet eos qui per opera satisfacere contendunt. Quid, inquit, dignum offeram domino. Nunquid ei offerā holocaustomata, & vitulos aniculos? Nunquid placari potest in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum? Christus sanè est, qui, sicut Esaias testatur, nostros languores tulit, & dolores nostros ipse portauit. Christus passione & morte sua satisfecit pro peccatis nostris, veluti quæ sufficiens erat, nō solùm vt peccata amoueret, sed etiam pœnas deleret. Itáne satisfactionem explodere atque exterminare studes? Extermina ergo orationem, ieiunium & eleemosynas: neque enim alia opera satisfactoria confitenti iniunguntur, quibus pœnitentiam cordis corroboret. De operibus autem illis præstandis, sacra scriptura plena est, neque verò alia Christus in illo die, cùm iudicia constituet, & rationem subducet factorum nostrorum, à nobis requiret. Quid aliud Ioānes Baptista voluit, cùm ait. Facite fructus dignos pœnitentię? Christus certè expressè dicit, Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tiro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Ecce vltra orationem, ieiunium & eleemosynas & ciliciū, quo corpus maceratur, & cinerem commemorat, & apud Lucā nisi prudentiā habueritis, omnes similiter peribitis, sicut illi decē & octo supra quos cecidit turris in Siloē & occidit eos. In omnibus proinde, inquit Apostolus ad Corinthios, Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt seductores & veraces, sicut qui ignoti & cogniti, quasi morientes, &c.

Obiectio.

De satisfactione.

Responsio.

tes, & ecce viuimus vt castigati & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia posidentes: & tandem concludit, non angustiamini in nobis, inquit, angustiamini autem in visceribus: eandem habentes remunerationem, dilatamini & vos. En & opera satisfactoria, & eorundem remuneratio in promptu est. Quod ad solemnitatem pœnitentiæ attinet, non ideò abrogata est illius confessio, quod pœnitentia à medio sublata fuisse videatur, sed vt hypocrisis è medio tolleretur, quæ inde suppullulare poterat: aut minus cōtemptus, qui charitatē fraternā, si non extinguebat, saltem premebat, & proximo offendiculo haud paruo fiebat. Pelagij opinio minimè est conferenda cum satisfactione, ille eñ sine gratia Christi id fieri dictitabat: nos soli gratiæ Christi omnia bona opera nostra tribuimus. Imò verò, inquis, tādem admonitus Pelagius non exclusit gratiam Christi, sed si illa accedat, docebat facilius posse quempiam suis meritis vita æterna potiri. At verò id nos prorsus inficiamur, & nihil nobis tribuimus aut nostris operibus quatenus ex nobis, sed ea ratione, qua ex Deo dependent: legis opera planè excludimus, ea quæ fidei sunt tantum amplectimur, vt suprà docui. Ioannes autem, quem negas satisfactionem docuisse, nónne inquit, qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui escas habet, similiter faciat? nónne præcipit dignos fieri fructus pœnitentiæ? Ezechiel autem ait: si conuersus fuerit impius ab impietate sua, & fecerit iudicium & iustitiā, vita viuet, & nō morietur. Quid aūt iudicium, nisi vt seipsum peccator iudicet, ne iudicetur? Quid iustitia, nisi vt crucē suam tollat & sequatur Christū. Christus enim iustitia nostra est, merita Christi nostra sunt, quę operibus bonis vt apprehendamus necesse est. Hinc est, quòd apostolus ad Colossenses dicat, se pro ipsis in passionibus gaudere, & adimplere ea quæ desunt passionum Christi in carne sua pro corpore eius, quæ est Ecclesia. Non quod Christus non satisfecerit, non quod passioni illius quicquam defuerit, quò ad meritum suum, quo nobis vitam æternam promeruit, sed deesse dicit, quò ad ños, quò ad nostram crucem, qua merita illius apprehendere, & nostra facere, per gratiam illius debeamus, atq; hoc est iustitiam facere, cuius Ezechiel meminit, & id sæpius alibi prolixius fortitudinem, temperantiam, castimoniam, & id genus alia opera iustitiæ inculcans docuit. Micheas porrò ridet opera legis, ad salutē sufficere, & delere peccata, non fidei, quæ ibidem etiam pręcepit, vt est facere iudicium, diligere misericordiam, ambulare in vijs domini, & id genus alia. De Christi passione iam abundè diximus pœnitentibus cooperari, quos proinde Apostolus hortatur, dicens: Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatē, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. En seruiendo iustitiæ sanctificationem Christi passione & morte nobis partem cō sequimur. Hinc est, quod in Ecclesia de indulgentijs traditur, satisfactorijs scilicet pœnis pro peccatis debitis. Paulus hic vltra eam passionem,

Obiectio. *Responsio.* *De indulgentijs.*

quæ

quæ peccatis suis debebatur, patitur etiã pro ecclesia, & adimplet in ea, vt dictum est, quæ desunt passionũ Christi. Christus sibi meruit nomẽ supra omne nomen. nobis meruit remissionẽ peccatorũ in suo sanguine. Nullus martyrũ est, nullus sanctorum qui eodẽ modo & sibi & merito Christi nõ meretur, & alijs eodẽ merito. Sibi quidẽ vitã æternã, alijs aũt sua doctrina & exẽplo participationẽ eiusdẽ vitæ ęternę. Idcirco, inquit Christus, Luceat lux vestra corã hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem qui in cælis est. Et Iacobus, Fratres, inquit, si qs inter vos errauerit à veritate, & conuerterit quis eum, sciat, quòd qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluam faciet animam à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Qui ergo luxerunt, qui ab errore peccatores conuerterũt, propemodum infiniti cùm martyres, tũ cõfessores fuerũt, & ecclesiæ cõtulerunt operimentũ infinitorũ peccatorũ in sanguine Christi, qui passus est pro vniuerso mũdo, & factus propitiatio ꝓ peccatis nostris. Et Ioãnes ait, Et nõ nostris tantũ, sed totius mũdi: vnde tandẽ indulgẽtiæ in Ecclesia manarũt. Quoniã cũ passio Christi pro toto mũdo satisfaciat, & illã passionẽ, atq; satisfactionẽ maior pars spreuerit: vtiq; infinitũ thesaurũ satisfactionũ Christi superesse in sacramẽtis, quibus eadẽ passio Christi satisfacit, in cõfesso est: quo & superabundãtia sanctorũ meritorumq;, quatenus ad officium satisfaciẽdi, spectat: nã in superabundãtia passionũ cõsistit superabundãtia satisfactionũ, vt ex Paulo, & Iobo, atq; similibus liquet. Miseriæ autẽ sanctorũ adiungendæ veniunt pressuris Christi ad cõmunẽ ecclesiæ vtilitatem. Atq; hic ille est thesaurus meritorũ, de quo dicit Ecclesia, Precibus & meritis sanctorũ. Quod enim Paulus adimpleuit, nemo idẽ negabit de alijs sanctis crucẽ Christi portantibus & eũ sequẽtibus. Hunc ergo thesaurũ dispẽsat Papa, sicut Apost. ait. Sic nos inqt, existimet homo, vt ministros Christi, & dispẽsatores ministeriorũ eius. Itẽ, dispẽsatio mihi credita est, deinde, Nã & ego quod donaui, si quid donaui, ꝓpter vos, in psona Christi. Harũ aũt indulgẽtiarũ Euãgelij figura fuerũt in veteri testamẽto Iubelęi: vt iã nemo ambigere possit de certitudine indulgẽtiarũ, veluti quarũ vsus ante annos 900. floruit, & ab vniuersa Ecclesia reuerenter susceptæ sunt, & quoq; Cõcilio Viennẽsi sub Vrbano IIII. ꝓ sacrosanctæ eucharistię veneratione approbatæ. Quas etiã iure Papa extẽdit in animas, quæ in purgatorio sunt, cùm illæ nõ ad mortẽ, sed ad salutẽ ibi purgẽtur: idq; nõ autoritate absoluẽdi, sed per modũ suffragãdi, vt paulòpòst patebit. At inqs, *Obiectio.*
quomodo fieri potest, vt sanctorũ merita p indulgẽtiarũ thesaurũ nobis applicari valeãt, siquidẽ nõ sint cõdignę passiões huius tpis ad superuẽturã gloriã, quæ reuelabitur i nobis? Potest vtiq;. Sicut .n. (vt Tilmãni verbis vtar) Christi op[illegible] nul erãt meritoria & satisfactoria: meruit siquidẽ & sibi p humilitatẽ passionis, gloriã resurrectiõis, iuxta illud Apost. ad Philip. Humiliauit semetipsum, factus obediẽs vsq; ad mortẽ crucis. ꝓpter qd Deus exaltauit illũ: meruit & nobis: quoniam si vnius delicto, vt ad Rhomanos ait, mortui multi sunt, multò magis gratia Dei, & donum in gratia *Responsio.*

vnius

& absentiam huiusmodi potuit mutari præceptum Domini, à Mose, Helia, Ezechia, &c. quantò magis propter causas grauiores idem ab Ecclesia fieri potest? Ita planè etiam Eucharistiæ altera species propter hæresim Nestoris qui viuificatricem carnem in Eucharistia negabat, sed cadauer saltem & cruorem statuebat negans diuinitatem Christi, Cõcilio Ephesino tempus adempta fuit, non tantùm laicis vt falsò opinaris, verumetiam clericis. Ne porrò Christi institutum labefactaretur, retenta est in tremendo sacrificio vtriusque speciei institutio, atque ita neque vt præceptum domini sustulerat prorsus Moses, sic ecclesia sustulit Eucharistiæ alienam speciem, quando vtramque in sacrificio retinuerit: neque prorsus nouã induxit consuetudinem, sed idem quod à Christo factitatum, & postea ab Apostolis comperitur. Solius enim panis Ioannes sexto capite meminit. Euntibus discipulis duobus in Emaus sub sola specie panis Christum porrexisse Eucharistiam, testatur Augustinus lib. 3. de consensu Euangelistarum, & Chrysostomus super Matthęum. Oratio Dominica panis tantum meminit, Actuum Apostolicorum cap. 2. Erant perseuerantes in doctrina Apostolorum, communicatione, fractione panis & orationibus. Apostolus ad Corinthios epulandum esse in azymis synceritatis & veritatis, docet hic nulla vini: panis tantùm mentio fit. Paulus Heremita. Amb. Hieronymus. Bernar. morituri, cõmunicauerunt saltem sub specie panis. Itaque explosa Nestoris hęresi, tandẽ vtraque species rursus omnibus permissa est, id quod Ecclesia Græca retinuit, Rhomana verò, cùm expenderet in Eucharistia viuum Christum verè contineri, & sub altera specie æquè totum ac sub vtraque esse, atque vsum vtriusque retineri in tremẽdo sacrificio: Deinde etiam multitudinem populi, & quædam incommoda in administratione calicis dispiceret, retinuit Ephesini Concilij decretum: neque id in dubium reuocatum fuit ante Bohemicam seditionem, quæ & Christi institutionem, & exemplum Græcorum vrsit, atque prorsus damnauit vsum alterius saltem speciei. Quocirca Cõstantiensi Concilio pro hæreticis declarati sunt Bohemi. nõ quidem propter institutionem Christi, de vtraque specie: sed propterea quòd Ecclesiam errasse affirmarent, quæ sub vna specie Eucharistiam populo exhiberet. Basiliensi autem Concilio, in quo longius hęc res cum Bohemis disputata est sessione 30. hoc pacto cõclusum est. Decernit, inquit, hęc sacra synodus, & declarat, quòd fideles laici siue clerici, communicantes & non conficientes, non adstringuntur ex præcepto domini ad suscipiendum sub vtraque specie, panis scilicet & vini, sacrum Eucharistiæ sacramentum: sed ecclesia, quæ regitur spiritu veritatis secum manente in æternum, & cum qua Christus manet vsque ad consummationem seculi, ordinare habet quomodo ipsis non conficientibus ministretur, prout pro reuerentia ipsius sacramẽti, & saluti fidelium viderit expedire. Siue autem sub vna specie, siue dupli ci quis communicet, secundum ordinationẽ seu obseruationẽ Ecclesiæ, proficit dignè cõmunicantibus ad salutẽ. Hactenus synodus. Putas tu, *Obiectio.*

enim neq; ossa, neq; carnes habet. sed de ea dispositione, q̃ est secundũ hominẽ, q̃ ex carnibus, & neruis, & ossibus consistit, q̃ de calice, qui est sanguis eius, nutritur, & de pane, qui est corpus eius, augetur. Ecce quàm significãter verba Christi Irenæus vetustissimus interpres & martyr, q̃ Policarpi discipuli Ioãnis Euangelistæ discipulus fuit, exponit, scilicet corpus Christi in Eucharistia non spirituale, sed carnale, quòd ex carne, neruis, & ossibus cõsistit, esse. Tibine verò deprauãti scripturas homini Epicureo, & omnibus sceleribus notatissimo, an sancto martyri & discipulo Apostolorũ exponenti, & tuorũ p̃ceptorũ opinionẽ, quqs tu defendis, oppugnanti, magis credendũ erit? Paulus idcirco ad Corinthios non frustra dicit, Calix benedictionis, cui benedicimus, nónne cõmunicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nõne participatio corporis Dñi est? Quoniã vnus panis, & vnũ corpus multi sumus, oẽs qui de vno pane & vno calice participamus. Vnde satis manifestè cõstat, in vnaquaque panis consecrati particula participari corpus Christi. Deniq; non in cassum monet, vt seipsum homo probet, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi mãducat & bibit, non deiudicans corpus Domini. Quid ita? quia propter Christi p̃sentiam peccatũ ab indignè sumente pertinet ad corpus Christi. Quo in loco docet Paulus Corint. ne credant esse simplicẽ cibũ in altari, sed corpus Christi: quod qui mãducârit indignè, reus sit sui, nõ dijudicãs, nõ discernẽs corpus Dñi ab alijs cibis. Itaq; argumẽta, quibus tu tuã hæresim muniuisti, nihil omnino probãt. Quod em̃ Christus dixit, Pauperes semp nos habere, se autẽ non itẽ: id p̃sentiæ Christi nihil derogat. Nam sermo hic est de vnguento p̃tioso, effuso super caput Christi recumbentis, quod melius putabant venundari & erogari in pauperes. His respondet Christus, pauperes illis non defuturos, in quos beneficia cõferre possint, suã verò horã & consummationẽ iã adesse, qua expleta eiusmodi beneficijs opus nõ sit habiturus. Rationẽ addit. Mittẽs enim, inquit, hæc vnguẽtũ hoc in corpus meũ, ad sepeliẽdũ me fecit. En causam. Nõne vera p̃dixit? Nõne mulieres vno sabbatorũ, p̃fundo dilucido venerũt ad monumẽtũ, portãtes q̃ parauerãt aromata & vnguẽta, & cũ ingressæ essẽt in monumentum, non inuenerunt corpus domini Iesu? Perfecerat iam antea mulier illa debitum, quod postea perficere non potuit, quia eo non amplius Christus eguit. Ergo pauperes, inquit, semper habetis vobiscũ, quibus benefaciatis: mea verò hora nunc instat, vt his beneficijs defunctus, mihi mè eiusmodi vnguentis apud me locus esse possit: tum si quid pauperibus boni facere volueritis, satis multos habebitis. Nõ iam me mortalẽ, sed immortalem habebitis: ita post resurrectionem visus est & conuersatus in fractione panis aliquoties Apostolis, visus Stephano, visus & Paulo. Quomodo verò Spiritus viuificet, caro non prosit quicquã, dictũ est. Quare tua illatio satis puerilis est. Christus em̃ nõ de sua carne loquitur, sed de carne Capharnaitica, quæ dẽtibus diripitur & dilaniatur. Christi autem caro spiritũ viuificantẽ cõiunctũ habet, quia ipse est panis viuus, qui de cælo descẽdit. Si autem viuus non esset, caro illius nil prodesset.

 Id est,

meus non ita est futurus, sed in momento, in ictu oculi. Et tu id ad præsentiam corporis in Eucharistia, contra tam manifestam scripturam, referre non dubitas? Videris ergo mihi, inquis, transsubstantiationem statuere? Vtique. Cur ergo toties scriptura Eucharistiam panem appellat, vel fractionem panis, si natura panis transsubstantiatur in corpus Christi? Quoniam speciem & accidentia panis retinet: tum quia panis est viuus, qui de cælo descendit. Quocirca apud Hieremiã scriptum est, Mittamus lignum in panem eius, & eradamus illum de terra viuentium, & nomẽ eius non memoretur amplius. Lignum in panem, intelligit lignum crucis missum in corpus Christi. Nónne verò, inquis, potius sicut ferrum in ignem conuersum manente ferro, panis in corpus Christi manente pane conuertitur? Minimè verò. Ferrum enim non conuertitur in ignem, sed ignescit tantum. At panis, quòad substantiam, planè in corpus Christi transit, solis accidentibus manentibus. Ex Irenæi suprà allegato loco id planum fit. Cyrillus autem inquit, In specie panis dat nobis corpus, & in specie vini dat nobis sanguinem vt cùm sumpseris, gustes corpus & sanguinem Christi, factus eiusdem corporis & sanguinis particeps. Et paulòpòst: Quamobrem non sic hæc attendas velim, tanquam sint mundus & simplex panis, mundum & simplex vinũ: Corpus enim sunt & sanguis Christi. Nam etiamsi sensus illud tibi renuat, fides tamen te confirmet. Ne iudices rem ex gustu, sed te citra vllam dubitationem fides certũ reddat, quòd sis dignus factus, qui corporis & sanguinis Christi particeps fieres. Item, Cùm igitur, inquit, ipse de pane pronunciauerit, ac dixerit. Hoc est corpus meum, quis audebit deinceps ambigere? Et cùm idem ipse tam asseueranter dixerit: Hic est sanguis meus, quis vnquam dubitauerit, vt dicat non esse eius sanguinem? Aquam olim in vinum conuertit proximum sanguini in Cana Galileæ: & eum parum dignum existimabimus cui credamus, quòd vinum in sanguinem transmutet? Effrem contra Lucium inquit, Abraham patriarcha, cælestibus angelis, terrenos apposuit cibos, illique comederunt. Grande profectò miraculum aspicere incorporeos spiritus in terra carnium cibos edentes: sed hoc sanè excedit omnem admirationem, omnem mentem, omnemque sermonẽ, quod fecit nobis vnigenitus filius Christus saluator noster. Ignẽ & spiritum nobis manducandum ac bibendum præstitit nobis carne vestitis, corpus scilicet ac sanguinẽ suum. Augustinus ait ad Neophitos: Hoc accipitur in pane, quod pependit in cruce: & hoc accipitur in calice, quod effusum est de Christi latere. Chrysostomus in Encenijs, Nunquid videtur panis? num vinum? num sicut reliqui cibi in secessum vadunt? Absit, nec sic cogites. Damascenus libro 4. Non est, inquit, figura, panis & vinum, corporis & sanguinis Christi. Absit enim hoc: sed est ipsum corpus Domini deificatum, ipso Domino dicente, Hoc est corpus meum, non figura corporis, sed corpus, & non figura sanguinis, sed sanguis. Theophylactus in caput sextum Ioannis, Attende, quòd panis, qui à nobis in mysterijs manducatur, non est tantùm figuratio quædã carnis

De transsubstantiatione.

Responsio.

Obiectio.

Responsio.

Domini,sed ipsa caro Domini. Non enim dixit,Panis,quem ego dabō, figura est carnis,sed caro mea est. Trāsformatur enim arcanis verbis,panis enim ille per mysticā benedictionem,et accessionē spiritus sancti,in carnē domini. Idem Nissenus docuit in libro de mystica vita,inquiens, panē verti in carnē. Cyprianus dicit,panē hunc non effigie,sed natura mutari. Conciliū tandē Lateranense, sub Innocētio tertio celebratum, dicit,corpus & sanguinem in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter contineri, transsubstātiatis pane in corpus & vino in sanguinem, pietate diuina. En conuersionem,transmutationem,mutationem, versionem,transsubstantiationē,in Africa,Thracia, Mœsia, Syria, Cappadocia,in Aegypto,in Italia,& in vniuerso Christiano orbe vnanimiter ab Apostolis acceptā,seruatā,& confirmatā,tu solus hodie infringere conaris? Sed scripturā vrgeo, inquis. Itáne vrges? Atque ego eandem scripturā vrgeo: sed in hoc controuersia est,in hoc discordamus,quod tu aliter,ego aliter scripturā interpretemur. Tu interpretationi Valentini,Marci,Apellis,& similiū hæreticorū subscribis: ego contrà sanctorū martyrū,orthodoxorū patrū,Catholicā explanationē obseruo. Quid porrò,inquis, volebas per tremendū sacrificiū superius innuere? Missámne illā Rhomanā intelligis? Vtique & Rhomanā & Apostolicā, & Catholicā oblationē Christi Iesu in illa actione cœnę Dominicę,quę Missa nuncupatur,intelligo. Ergo,inquis,falsum est,quod Apostolus ad Hebræos ait, Vna, inquit,oblatione consummauit in sempiternuū sanctificatos. Et quòd non habeat necessitatem quotidie,quemadmodum sacerdos, primum pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo, hoc enim fecit semel seipsum offerendo. Deinde etiam,quia Christus per propriū sanguinem introiuit semel in sancta,æterna redemptione inuenta. Nunc autē semel in consummatione seculorū, ad destitutionē peccati per hostiam suā apparuit. Denique in voluntate patris sanctificati sumus per oblationē corporis Iesu Christi semel. Præterea Missa est testamentū,nō sacrificiū: ita Euāgelistę docent,referentes. Hic est sanguis noui testamēti: Hic est calix nouū testamentū in meo sanguine. Postremò,Christus nō dixit, offerte, sed hoc facite in meā cōmemorationē. Quo, obsecro sacræ scripturæ loco Missā siue oblationē hanc corporis Christi docebis? Quo verò: Neque enim docebo, Doceat potius Irenæus martyr,qui tuos præceptores ante mille quadringentos annos,puta Valentinum Marcū, Apellem, & similes hæreticos validissimè oppugnauit. Is libro quarto eius voluminis,quod aduersus illos cōscripsit, capite trigesimo secundo,ita loquitur. Sed & suis,inquit,discipulis dans consilium,primitias efferre ex suis creaturis,non quasi indigenti,sed vt ipsimet nec infructuosi,nec ingrati sint,eum, qui ex creaturis panis est,accepit & gratias egit dicens, Hoc est meum corpus. Et calicem similiter, qui est ex ea creatura, quæ est secundum nos, suum sanguinem confessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in vniuerso mundo offert DEO, ei qui alimenta nobis præstat primitias

Obiectio. *Responsio.* *Quæstio.* *De missæ sacrificio.* *Responsio.* *Obiectio.* *Responsio.*

primitias suorum munerum in nouo testamento, de quo in 12. Prophetis Malachias sic præsignificauit, Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manibus vestris. Quoniã ab ortu solis vsq; ad occasum nomen meũ glorificatur inter gentes, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificiũ purum. Quoniã magnũ est nomen meũ in gentibus, dicit Dñs omnipotẽs: manifestissimè significans per hæc, quoniã prior quidẽ populus cessauit offerre Deo: omni autem loco sacrificium offertur ei, & hoc purũ, nomẽ autẽ eius glorificatur in gentibus. Hæc ille. En Christus sacrificiũ Missæ, & nouã oblationẽ per Malachiã pſignificatã Aposto. suos docuit, illis verbis, Hoc est corpus meũ, &c. eãq; oblationẽ nõ indigenti Deo, sed vt gratissimus: non ex nostra, sed ex creatura Dei, fieri Deo, Irenæus docet, & illos hæreticos patres tuos firmissimè conuellit. At, inquis, hoc sacrificium est hostia laudis, sicut Apostolus ad Hebræos ait. Per Christum, inquit, offeramus hostiam laudis semper Deo, id est fructum labiorum confitentium nomen eius. Cæterum aliud est hostia laudis, aliud iuge sacrificium, de quo Daniel loquitur. Tandem hostiam laudis offerre prior populus non cessauit. sed hostiam taurorum & hircorum. Deinde hoc sacrificium non nisi apud Iudæos erat: nouum autem sacrificium & incensum omni loco, etiam inter gentes offerri, & hoc quidem purum docet. Imò verò, inquis, Irenæus ipsemet capite sequenti, scilicet trigesimo tertio, ex Apocalypsi interpretatur incensa, orationes sanctorum. Ita est, vt ais: At id diuerso respectu ait. Docet enim hoc ipso capite, quòd sit illud nomen, quod in gentibus glorificatur, & dicit esse nomen Domini, per quem glorificatur pater, & glorificatur homo, per quem sacrificium suum offert Ecclesia, tam laudis, quàm commmemorationis. Quocirca proximo capite, videlicet trigesimo quarto, hoc pacto concludit. Offerre igitur oportet Deo primitias eius creaturæ. At orationes creatura non sunt. Id paulò pòst manifestius ex Paulo ostendit. Quemadmodum, inquit, & Paulus Philippensibus ait, Repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quæ à vobis missa sunt: odorem suauitatis, hostiam acceptabilem, placentem Deo. Oportet enim nos oblationem Deo facere, & in omnibus gratos inueniri fabricatori Deo, in sententia pura, & fide sine hypocrisi, in spe firma, in dilectione feruenti, primitias earum, quæ sunt eius creaturarum offerentes: & hanc oblationem Ecclesia sola puram offert fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione ex creatura eius. Hæc ille. En vides hic & hostiam creaturæ, quam supra nuncupauit panem & vinum, quæ consecrata corpus & sanguis Christi sunt: & hostiam laudis simul iungi? Hanc nouam esse oblationem à Christo traditam, iam docuit, & idem eodem capite paulò pòst declarat, non ad hostiam laudis tantùm, quæ per incensum designatum, sed ad purum quoque sacrificium spectare, quod per creaturam benedictam per Eucharistiam corporis & sanguinis Christi exprimit. Quomodo autem, inquit, constabit eis, cum panem, in

Obiectio.

Responsio.

Obiectio.

Responsio.

quo

quo gratiæ actæ sint, corpus esse Domini sui, & calicem sanguinis eius, si non ipsum fabricatoris mundi filium dicant, id est verbũ eius, per quod lignum fructificat, defluunt fontes, dat primum quidem fœnum, pòst deinde spicam, deinde plenum triticum in spica. Quomodo autem rursus dicunt carnem in corruptionem deuenire, & non percipere vitam, quæ à corpore domini & sanguine alitur? Ergo aut sententiam mutent, aut abstineant offerendo, quæ prædicta sunt. Nostra autem consonans est sententia Eucharistiæ, & Eucharistia rursus confirmat sententiam nostram. Offerimus enim ei, quæ sunt eius, congruenter communicationẽ & vnitatem prædicantes carnis & spiritus. Quemadmodũ enim qui est à terra panis percipiens vocationem Dei, iam non cõmunis panis est, sed Eucharistia ex duabus rebus cõstans, terrena & cælesti: sic & corpora nostra, percipientia Eucharistiam, iam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia. Offerimus autem illi nõ quasi indigenti, sed gratias agentes donationi eius & sanctificantes creaturam. Quemadmodum enim Deus non indiget eorum, quæ à nobis sunt, sic nos indigemus offerre aliquid Deo, sicut Salomon ait, Qui miseretur pauperi, fœneratur Deo. Qui enim nullius indigens est Deus, in se assumit bonas operationes nostras, ad hoc, vt præstet nobis retributionem bonorum suorum, sicut Dominus noster ait, Venite benedicti patris mei, percipite præparatum vobis regnum. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & potastis me: hospes fui, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: infirmus, & visitastis me. in carcere, & venistis ad me. Sicut igitur non his indigens, attamen à nobis propter nos fieri vult, ne simus infructuosi: ita ad ipsum verbum dedit populo præceptum faciendarum oblationum, quamuis non indigeret eis, vt disceret Deo seruire. Sic & ideo nos quoque offerre vult munus ad altare frequenter sine intermissione. Est ergo altare in cælis. Illuc enim preces nostræ, & oblationes nostræ dirigũtur: & ad templum, quemadmodum Ioannes in Apocalypsi ait, Et apertum est templum Dei & tabernaculum, Ecce enim inquit tabernaculum Dei, in quo habitabit cum hominibus. Munera autem, & oblationes, & sacrificia omnia in typo populus accepit. Quemadmodum ostẽsum est Mosi in monte Sinai ab vno & eodem Deo, cuius & nunc in Ecclesia glorificatur nomen in omnibus gentibus. Sed terrena quidem quæ sunt erga nos disposita, congruit typos esse eorum, quæ sunt cælestia, ab eodem tamen Deo facta. Nec enim aliter poterat assimilari spiritalium imaginũ. Hæc ille ad verbum. Vnde luce meridiana clariùs patet, oblationem illã Eucharistiæ esse, quæ in locum hostiæ taurorum & hircorum succesit, patet panis consecratio, patet ratio cur Deus à nobis eiusmodi oblationẽ, cur preces, cur bona opera requirat, patet cur typis cælestia referat. Hæc sensit Irenæus in Gallia. Videamus q̃d hac de re senserit Chrysostomus in Thracia. Hic in Act. Apost. cap. x. hom. vigesima prima circa finem inquit. Quid dicis? In manibus est hostia, & omnia proposita sunt bene ordinata, Adsunt angeli, adsunt archangeli, adest filius Dei, cum tanto hor-

pore astāt omnes, astant illi clamātes omnibus silentibus,& putas têmerè hæc fieri? Igitur & alia temerè,& q̃ pro ecclesia,& q̃ pro sacerdotibus offerūtur,& q̃ pro plenitudine ac vniuersitate? Absit. Sed omnia cū fide fiunt. Quid tibi videtur, quod pro martyrib. offertur, quod inuocantur in illa hora? licet martyres sint, etiā pro martyribus offertur. Magnus honor nominari Domino præsente, dū pro martyribus mors illa celebratur,& horrendū sacrificium, & ineffabilia sacramēta. Sicut enim sedēte rege quæcūque quis voluerit, perficit: vbi autē quis surrexerit quęcūque dicit frustra dicit: ita & tūc quādiu proposita fuerint mysteria, omnibus honor maximus in memoria habetur. Vide enim, Annūciatur tūc sacramētum horrendū, quod pro mundo dedit seipsum Deus, cū illo miraculo tempestiuè memor est ille eorum qui peccarunt. Sicut enim quando regum trophæa statuantur, tunc celebrātur quidem, & quicunq; victoriæ socij fuerūt: dimittūtur autē qui sunt in vinculis per illud tēpus. Vbi autem trāsierit hoc tempus, qui nihil assecutus est, nihil obtinet. Ita sanè & hic, trophæorū & celebrandæ victoriæ tempus est. Quoties enim inquit, manducatis panem hunc, mortem domini annunciate. Itaque ne simpliciter accedamus, neque fortuitò hæc fieri putemus. Et aliter: Martyrum memores sumus in fidem quod non mortuus adhuc est Dominus: idque quia deuicit & occidit mortem, hoc signum est illam esse mortuam. Hæc scientes consideremus, quantas cōsolationes possemus mortuis pro lacrymis, pro lamentis, pro monumentis præstare, nempe eleemosynas, preces, orationes, vt & illi, & nos assequamur promissa bona, gratia & misericordia vnigeniti filij, in quo patri simul sancto spiritui gloria, imperium in secula seculorum. Hæc Chrysostomus ad verbum. Ecce hic de tremendo sacrificio quàm tremēda sentiat? Quid porrò in Cappadocia Gregorius Nazianzenus præceptor Hieronymi sense- *Responsio.* rit,& id videamus, Inquit enim, ô sacraficia mittentes incruenta, sacerdotes, O animarum custodes gloriosi O magni figmentum Dei in manibus vestris ferentes. Hæc ille. Ignatius Apostolorū discipulus, qui vidit Christum, in Siria ad Smirnenses, inquit, Propterea non licet sine Episcopo, neque sacrificium immolare, neque Missas celebrare: Cyprianus in Africa Cæcilio fratri scribens, Admonitos, inquit, nos scias, vt in calice offerendo dominica traditio seruetur, neque aliud fiat à nobis, quàm quod pro nobis dominus prior fecit, vt calix, qui in commemorationem eius offertur, mixtus vino offeratur. Idem ibidem Augustinus repetit lib. 4. de doctrina Christiana. Idē sentit Ambrosius, idem Gregorius in Italia. Quod ergo vniuersa Italia, Gallia, Thracia, Cappadocia, Syria, Aphrica, & vniuersus Christianus orbis sensit & sentit tu inficiabe ris? Nihil dicam de Missa Basilij, Chrysostomi, & aliorum. Quod autem obijcis epistolam ad Hebræos de vna oblatione, & quòd Christus semel seipsum obtulerit, nec necesse habeat quotidie hostias offerre: Id diluit Chrysostomus hoc pacto: Et quia, inquit, semel oblata est illa hostia, oblata est in sancta sanctorum, hoc autem sacrificium exem-

Siquidem igitur diues orat, sollicitus est pro proximo, implorat opem patris Abrahæ, & sancti Lazari, responsum accipit, vtique non fuit in illo inferno vbi nulla est redemptio, sed in illo loco vbi spes reliqua est salutis, quem siue purgatorium, siue expiatorium voces, perinde est. Vel tua ipsius igitur confessione palàm est quod negabas. Atenim inquies esse quosdam interpretes, qui hunc locum planè ad ipsum infernum referat: & quod Dominus diuitem hic filium vocet, id fieri Chrysostomus propterea ait, ne afflicto afflictio addatur. Et alius quidā inqt, diuitē ideo Abrahamum patrem appellare, quia Iudæus erat. Ego porrò vnicuique interpretationem suam relinquo, quæ varia est pro varietate propositi thematis. Exaggerant enim singuli propositum suum & maximè Chrysostomus, vt persuadeat peccati in negligentia eleemosynarum grauitatem & acerbitatem pœnæ. Verùm quod ad patris appellationē attinet, ideo diuitē ea vsum, vt constaret se Iudæū fuisse, non arbitror te negaturū quoq; Dauidē Iudæū extitisse: hic tamē ait neq; mortuos, neque qui in infernum descendunt Dñm laudaturos. Nō est, inquit, in morte qui memor sit tui: in inferno autē quis cōfitebitur tibi? Atqui hic diues memor est, & cōfitetur Deo. Ergo neq; penitus mortuus, neq; in illo inferno est, vbi Deo nulla laus redditur, nulla confessio fit. Tertius ergo mortuis locus restat, q̄ neq; cælū neq; infernus dicitur, quē siue purgatoriū, siue alia voce exprimas, idem est. Deinde duæ sunt viæ, altera ad cælum, altera ad ignem, concedo. purgatorium tamen quin sit, id nō impedit. Patet id ex Pauli ad Corinthios epistola. Postquam enim Apostolus dixerit, Christū esse fundamentum, mox subiungit alios esse, qui supra illud fundamentum superædificant, aurum, argētum, lapides preciosos, alios qui ligna, fœnum, stipulam, vtriusq; opus, inquit, dies ille declarabit, & ignis probabit. Cuius opus ergo manserit, mercedem accipiet, cuius opus autem arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem: vnde apparet eos, qui superædificarunt, aurum, argentum, & lapides preciosos, mercedem accepturos, reliquos verò detrimentum quidem passuros, salutem tamen per ignem consecuturos. At in inferno nulla est redemptio. Ita manifestè apparet, vnam esse viam ad mortem, duas ad salutem, alteram extra ignem, alteram per ignem. Hunc ergo ignem, quisquis ille sit, purgatorium dicimus. Atq; ideo non plures quàm duas vias, alteram ad salutem, alteram ad mortem statuimus, licet duæ sint, quæ ad salutem ducant. At inquis, non ignem simpliciter, sed quasi per ignem. Imò verò inquit, dies enim declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Hoc est, dies ille Domini, in igne veniet, qui ignis probabit omnes, vt qui de specie plumbi admixtum habuerit, id ignis decoquat & resoluat, vt efficiamur omnes aurum bonum. In hunc ignem, dicit Origenes, conuenitur, vt si quis multa bona opera, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tanquam plumbum, igne resoluitur, ac purgatur, & totum remanet aurum purum. Et si quis plus illuc plumbi detulerit, plus exuritur, vt amplius

Obiectio. (margin, beside "Atenim inquies")

Obiectio. / *Solutio.* (margin, beside "At inquis" and "Imò verò inquit")

plius decoquatur, vt & si purũ aliquid sit auri purgatũ tandem resideat. Quòd si aliquis illuc totus plumbeus venerit fiet de illo hoc, quod scriptum est, demergetur in profundum, tanquam plumbum in aqua validissima. Hęc ex Origene. Dicit ergo, quasi per ignem, quod per ignem quidem probabitur ad salutem, vt quasi per ignem salus illi accedere videatur: quæ aliàs à sola Dei misericordia dependet, vt eam impuri ita purgati assequantur.

Obiectio. Quid? nónne inquis, Augustinus hunc locum Pauli ad tribulationes refert? Ita est, sed eodem loco purgatorium locum non esse incredibilem affirmat. Tale aliquid, inquit, etiam post hanc vitam fieri incredibile nõ est, & vtrum ita sit, quæri potest, & aut inueniri, aut latere nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quantò magis minúsue bona pereuntia dilexerunt, tantò tardius citiusq́ saluari non tamen tales de quibus dictũ est, regnũ qđ Dei non possidebunt, nisi conuenienter pœnitentibus, eadem crimina remittantur. Et multò diffusius hunc Pauli locum pertractat, & interpretatur de igne purgatorio sermone quarto de commemoratione animarum, idem testatur quæstione prima de Dulcitij quæstionibus, imò libro de cura pro mortuis habēda postq̃ ostēderat, ex scripturis sacris prodesse defunctis ea suffragia, quæ post mortem eorũ fiunt, sic ait: Si nusquã in scripturis veterioribus omninò legeretur, nõ parua hac consuetudine claret autoritas, vbi in precibus sacerdotis, quæ dño Deo ad altare eius funduntur, locũ suum etiam habet commẽdatio mortuorum. Hęc Augustinus: qui sanè cum Chrysostomo, per omnia optimè conuenit. Huic astipulatur & Hieronymus super Esaiã inquiens: Sicut Diaboli, & omnium negatorum & impiorum, q̃ dixerunt in corde suo non est Deus, credimus æterna tormenta, sic peccatorum atq; impiorum, & tamen Christianorum, quorum opera in igne probanda sunt, atq; purganda, moderatam arbitramur, & mixtam clementiæ sententiam iudicis. Hæc ille. Eundem Pauli locum & Gregorius & omnes sancti patres, ad probãdum purgatorium citat. Damascenus certè Apostolorum institutionem esse ait, vt defunctorum memoriã habeamus: qua de re peculiarem tractatum scripsit. Primus fuit quod sciam, post Saducæos, qui se Catholicæ sentētiæ isti opponeret, Aërius vetustissimus hæreticus quem tu imitaris. Præterea Augustinus apertè docet, quædam peccata, quæ si non in isto, tamen remittuntur in futuro seculo, ex illis verbis Christi, peccatum in spiritum sanctum non remitti neque in hoc, neque in futuro seculo.

Obiectio. Atenim, inquis locum illum Marcus aliter intelligit. Qui, inquit, blasphemauerit in spiritnm sanctum, non habebit remissionem in æternũ, sed reus erit æterni delicti. Cum ergo Matthæus inq̃t, neq; in hoc seculo, neq; in futuro, intelligendum est nunquam in æternnm.

Solutio. Benè, mihi hæc interpretatio non displicet, peccatum in spiritum sanctum, blasphemiæ nunquam remittendum: non enim hoc volo, sed hoc vrgeo, quod scilicet Marcus tempore definiuit, hoc Matthæus loco. Et cùm duplicem locum statuat, alium in hoc seculo, alium in futuro, quibus remit-

remittuntur peccata, vtrunque negat illi qui peccatum blasphemiæ in Spiritum sanctum commiserit. At non sunt peccata omnia eiusmodi: aliàs omnibus peccatoribus negaretur vita æterna, sequitur igitur peccata alia, si non in hoc seculo, saltem in futuro remitti. Quia inquit, Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur. Ad suffragia defunctorum inter alia (omnia enim recitare nimis prolixum esset) etiam Machabęorum locus spectat, vbi Iudas Machabæus facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificiũ, benè & religiosè de resurrectione cogitans, nisi enim eos, qui ceciderãt, resurrecturos speraret, vanum videretur & superfluum orare pro mortuis. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis orare, vt à peccatis soluantur. Negas verò librum hunc esse Canonicum, quòd tam claræ tuæ hæresi repugnet. Miror autem tibi Canonicum non esse, qui Origeni Canonicus fuit, Damasceno, Hieronymo, Augustino, omnibus denique patribus & Concilijs, & vniuersæ Ecclesiæ Christianæ. Nõ est, inquis, Hebræis autem in Canone. Non est Saducæis, est tamen Pharisæis. Illi enim, sicut & tu, resurrectionem & immortalitatem animarum, & id genus alia negabãt. Vnde vides, quàm affinis sit iste locus articulo fidei, de carnis resurrectione. Nam idcirco Iudas pro peccatis mortuorum obtulit, quòd de resurrectione bene sentiret. Qui ergo renuit offerre, necesse est illos de resurrectione, cum Saducæis male sentire. Deinde putabã te non Synagogæ, sed Ecclesiæ Christianæ subiectum esse. Quòd si ex Synagoga es, & ex secta Saducæorum, concessero facilè tibi librũ illum non esse Canonicum: Christiano viro non item. Purgatorium etiam conuincitur, ex animarum apparitionibus, quas etsi tu, more Saducæorum, irrideas: tamen in Machabæis legimus Oniam & Ieremiam apparuisse Iudæ: Christo in transfiguratione apparuerunt Moses & Helias, & discipuli, Christo resurgente, putabant se spiritum videre: quod nequaquam putauissent, nisi sciuissent defunctorum spiritus nõnunquam apparere. At inquis, aliud iam est orare, aliud offerre missam pro peccatis. Et hic audias Chrysostomum homilia sexagesima nona. Nõ temerè, inquit, ab Apostolis hæc sancita fuerunt, vt in tremendis mysterijs, defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum posse contingere lucrum, vtilitatem multam. Cùm enim totus constiterit populus, extensis manibus, sacerdotalis plènitudo, & tremẽdum proponatur sacrificium, quomodo Deum non exorabimus pro his deprecantes? Et paulò pòst, Sicut itaque pro viuentibus, inquit precamur, qui nihil à mortuis differunt, ita pro illis licet quoque orare. Hæc ille. Si igitur defunctis applicatio Eucharistiæ prodest, quantò magis viuis, viuorumque propositis? Idem sentit Areopagita, idem Athanasius, idem Augustinus, idem Concilium Cabilonense, idem vniuersa Ecclesia. Quocirca Concilium Carthaginense quartum, capite nonagesimo quinto hoc pacto statuit. Qui, inquit, oblationes defunctorum, aut negans Ecclesijs, aut cum difficul-

Obiectio. *Solutio.* *Obiectio.* *Solutio.* *De oblatione Missæ pro peccatis: & applicatione eiusdẽ pro defunctis, pro viuis, viuorumque successibus.*

 tate:

tate rèddunt,taſiquam egentium necatores,excõmunicētur. Idem decernit concilium Valenſe, Agathēſe, Toletanum & plurima alia conciliorum hac de re decreta producere poſſem, niſi anguſtia temporis impediret. vnus Auguſtinus ſufficiat,qui libro Cõfeſſ. ſcribit oblatum eſſe ſacrificium precij noſtri pro matre ſua. Tertullianus oblationes fieri debere pro animabus paſsim docet. Effrem Syrus cum trigeſimum diē compleſſet ſui memoriam fieri petiuit in teſtamento ſuo. Video, iam

De inuocatiõe ſanctorum. *Quaeſtio.* inquis,te non modò Miſſæ ſacrificium, & ſuffragia viuorum pro defunctis,verùm etiam inuocationem defunctorum ſtatuere? Vtique.

Reſponſio. Si enim (vt Hieronymus aduerſus Vigilantium, inuocationem ſanctorum negantem,argumentatur) Apoſtoli & Martyres, adhuc in corpore conſtituti,poſſunt orare pro cæteris,quando pro ſe adhuc debent eſſe ſolliciti,quantò magis poſt victorias, coronas, & triumphos? Vnus homo Moſes ſexcentis millibus armatorum impetrat à Domino veniam, & Stephanus imitator Domini ſui, & primus martyr in Christo perſecutoribus veniam deprecatur. Et poſtquam cum Christo eſſe cœperint, minus valebunt? Paulus Apoſtolus ducentas ſeptuaginta ſex ſibi dicit in naui animas condonatas: & poſtquam reſolutus eſſe cœperit cum Christo,tunc ora clauſurus eſt,& pro his, qui in toto orbe ad ſuum Euangelium crediderunt,mutire non poterit? Meliorque Vigilantius,canis viuens,quàm ille Leo mortuus? Rectè de hoc Eccleſiaſt. proponeres,ſi Paulum in ſpiritu mortuum confitereris. Hæc ille. Hinc eſt,vt omnes ſancti patres ſanctos ſedulò inuocauerint & inuocandos eſſe docuerint. Origenes in Aegypto Iobū inuocauit. Baſilius in Cappadocia quadraginta martyres: Effrem in Syria Mariam. Eſto, inquit,noſtra conciliatrix,& aduocata in hora iudicij, libera nos à futuro igne & tenebris: tu namq; es ſpes Chriſtianorū apud Deum. Naziãzenus verò in Monodia Baſilij Baſiliū inuocat ſeq; ſpē ſuā in ipſum repoſuiſſe dicit. Tu, inqt, mihi in te gratiam ſperāti hanc redde. Hierony. ſæpe inuocauit Paulū, Auguſt. in Aphrica omnia ſanctorum agmina. Victor, coętaneus Auguſtini, omnes Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, & in primis Petrum & Paulum: Prudentius Laurentium, Paulinus Celſum, Gaudentius omnes martyres. Chryſoſtomus in Thracia, vt omnes vbique Catholicæ Eccleſiæ coniuncti ſanctorum opem implorarunt. Nónne verò, inquis, Chriſti gloriæ detrahitur ſi ſancti inuocentur? cùm ille ſit ſolus

Obiectio. mediator Dei & hominum, ſolus itaque interpellat pro nobis aſsiduè patrem. Neque enim iuſsit petere patrem in nomine ſanctorum, ſed in nomine ſuo. Imò verò dixit, Quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine diſcipuli: Amen dico vo-

Solutio. bis,non perdet mercedem ſuam. At in nomine diſcipuli aliquid petere aut dare, nónne eſt ad inuocationem huiuſmodi nominis id pſtare? Ita petimus in nomine Chriſti, cùm Chriſtū inuocamus. Neq; verò fruſtra ſi qd ad diſcipuli inuocationē erogatum fuerit, mercedē operis pollicetur. Vnde manifeſtè etiā Chriſti teſtimonio inuocatio ſanctorū conſtat.

Honori

Honori autem Domini, tantum abest, vt honor sanctorum quicquam detrahat, vt etiam augeat: honor enim sanctorum est honor Dei, honor membri est honor corporis, vt honorare Petrum aut Paulum nihil aliud sit, quàm Christum in Petro, aut Paulo viuētem honorare, inuocare, adorare, imitari. Idcirco Apostolus ait, volo vos omnes esse sicut meipsum: Et, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, &, Estote sicut & ego, vt omnis honos ad solum illum, qui via nostra, qui ostium nostrum est, bonum nostrum Iesum Christum, redundare videatur. Itaque, iuxta Basiliū, nihil aliud honoramus, & veneramur in sanctis nisi dona Dei, nisi Christum ipsum viuentem & operantem in illis. Ita Nazianzenus Athanasium laudans, virtutem, inquit, laudo: virtutem autem laudans Deum laudo. Quod idem Christus ipsemet testatur, inquiens, Quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis: quo loco expressè ait, honorē sanctis exhibitū, sibi exhiberi. Quomodo autem, inquis, *Obiectio.* Apostolo dicēte, inuocabunt, in quem nō crediderunt? Credimusne in sanctos? Certè Apostolus ad Philemonem non frustra dicit audiēs charitatem tuam, & fidem, quam habes in Domino Iesu, & in omnes sanctos. *Solutio.* En Philemon credit in omnes sanctos. Super hoc loco Hieronymus adfert illud Exodi, Credidit populus deo, & Mosi seruo eius. Vna, inquit, atque eadē credulitas in Mosen refertur, atque in deum: vt populus qui credebat in Dominum, ęquè credidisse in seruū dicatur. Non est enim in Deum perfecta dilectio, quæ in ministros eius odio, & infidelitate teneatur. Et Chrysostomus eundem Exodi locum explanans negat imminui Dei dignitatem, quod ei coniunctus fuisset Moses. Cōiunctus est, inquit, non vt honore pari Deo, sed vt minister. Credimus ergo in sanctos, nō sicut in Christū, sed veluti in Christi membra, nō sicut in largitorem, sed veluti in eos, qui intercedunt apud largitorem: non sicut in Deū, sed veluti in dona Dei. Quocirca Origenes, Est, inquit, fides nostra, primò quidē omnium in Dominum nostrū Iesum Christū, consequēter verò in omnes sanctos, patriarchas, vel Apostolos Christi. Itaque nō frustra apud Danielem legitur: Et nemo est adiutor meus, in omnibus his, nisi Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi coram Deo. Nō frustra Psalmista, inquit, Angelis suis mandauit de te, vt custodiāt vias tuas. Non frustra Baruch prouocat ad orationem mortuorū? Nō frustra meminit Ioannes in Apocalypsi orationum sanctorum. Neque frustra, inquit, Apostolus ad Hebræos. Oēs esse spiritus administratorios, qui in ministeriū mittūtur propter eos, q hæredes erūt salutis. Ad eadē ratio est sanctorū, quos Christus fore, sicut angelos Dei, docet. Deniq; non frustra apud Iobū legitur: Voca ergo, si quis est, q tibi respōdeat, & ad aliquē sanctos cōuertere. Et si fuerit angelus ex eo loquens miserebitur eius Deus & dicet, libera eū, vt non descendat in corruptionē. Quid porro est, qd in Apocalypsi ad Philadelphię Ecclesiā Dominus ait? Ecce faciā, inquit, vt qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur, vt veniant & adorent ante pedes tuos, & scient, quia ego dilexi te. Ecce hic sanctis

etiam adorationem tribuit. Quare? quia ipsos diligit: quia propterea incarnatus est, propterea passus, propterea ad inferos descendit, propterea resurrexit, propterea in cælos ascendit, propterea nomen super omne nomen accepit, & potestatem tam in cælis quàm in terris, vt sibi mysticum corpus, sanctorum videlicet collegium, & templum ædificaret, in quo perpetuò ita habitaret, vt ipse in sanctis, & sancti vicissim in ipso essent. Aliàs Christus omnia habuit, in quo, & per quem omnia facta sunt, vt nihil potuerit illi accedere secundum diuinitatem: templum porrò hoc primùm sua incarnatione & passione perfecit, sanguine suo mundauit, & à seruitute diaboli redemit. Quid ita? quia illud mirificè dilexit, & quidem vsqueadeò, vt prius illud diligeret, quàm diligeretur: illud templum denique quòd summopere diligat, testimonio est, quòd illi dederit potestatem super thronos duodecim sedere, & simul secum iudicia constituere, de factis omnium mortalium. Dedit ergo sanctis potestatem iudicandi, non tantùm mortales, verumetiam angelos, vt Apostolus ad Corinthios expressit: & non dabit venerationem, non interpellandi pro populo facultatem? Vtrum est horum maius, iudicaréne populum, an pro populo intercedere? Deinde adorari, an inuocari? Cùm ergo sanctis & adorationem & iudicium, imò se totũ tradiderit, veluti qui manent in sanctis, & sancti vicissim in ipso, quid mirum quòd inuocentur. Sed Abraham, inquis, apud Esaiam nesciuit nos, Israel ignorauit nos, vt quid igitur inuocamus, qui nos ignorant, qui non audiunt. Imò verò Abraham, in cuius sinu Lazarus consederat, audiuit diuitem in inferno clamantem: vidit diues Lazarum in sinu Abrahæ sedentem, sollicitus fuit pro fratribus suis, collocutus cum Abraham, quantò magis audiunt & vident nos ij, qui non in inferno, sed in cælis versantur, & in cõsortium cælitum recepti sunt, quantoque magis de salute nostra solliciti sunt. Paulus, dum hanc mortalem vitam viueret, tertium in cælum raptus fuit. Similiter Elias curru igneo auectus in cælum: Moses in monte Sinai, cum Deo facie ad faciem locutus, si hoc grauatis corporea mole licuit, quantò magis licebit ijs, qui iam ex hoc carcere corporeo liberati, in æternam illam patriam excesserunt? Nónne qui adglutinãtur Domino, vnus spiritus sunt? Si vnus spiritus cum Domino sunt, nónne spiritum Dei blasphemat, in spiritum sanctum peccat, qui eos adglutinatos soluit, & scindit? Nónne autem is soluit & scindit sanctos adglutinatos Christo, veluti, pro quibus Christus mortuus est, qui Christum saltẽ quatenus est Deus implorat? Nónne negat Christi corpus, qui sanctis postputatis illum tanquam caput duntaxat corporis sui inuocat? Vbi homo, siue humanitas Christi? vbi Ecclesia corpus suum? An caput absque corpore inuocari potest? Sed non audiunt, inquis, non intelligunt. Ergo neque Christus audit, cuius sanctorum cœtus corpus est. Eruntne meliore conditione dæmones, quos constat non omnino latere cordis nostri cogitationes, & singulari quadam rerum scientia pollere (vnde etiã nomen traxerunt) quod Augustinus, & Cassianus memoriæ prodiderunt, quàm

An sancti audiant, an nos sciant.

Obiectio.

Solutio.

quàm animæ beatorum suauissimo Dei conspectu fruentium? Ipsam animarum vim subtilitate sua peruidere, maximè cum à sensibus corporis abstrahuntur, Gregorius & Augustinus testantur quantò plura præuisuros certum est cum eum videbunt, qui videt omnia, in quo videbunt omnia, quæcunque Deo visum fuerit eis reuelare? Quid est, quod ibi sanctorum animę nesciant vbi scientem omnia sciunt? Hinc est, quod Athanasius animam sanctorum nostri memoriam habere asserat: Et Prudêtius eos audire statim & ad aures regis æterni, nostras preces ferre affirmat. Ita Irenen filiam Episcopi Spiridianis iam defunctā & sepultam ad in clamationem patris audiuisse & ex sepulchro respondisse patri, atque quod querebatur indicasse, testis est Hist. Eccl. lib. x. cap. v. Similiter & Potamiena martyr post diem tertium martyrij sui Basilidi apparuit & multis alijs, assistens eis per visum, & coronas martyrij impetratas à Domino deferens, quod testatur Hist. Eccle. lib. vi. cap. v. Sed ad obiectionem tuam venio. Hieronymus illius loci hunc esse, sensum ait: Tu enim, inquit, es pater noster: qui creator omnium. Nescit nos Abraham, & ignorat Israel, quia te offendimus nec cognoscunt filios, quos à deo suo intelligunt non amari. Idem Chrysostomus sentit. Sancti, inquit, non possunt esse amici illorum, quibus Deus est, inimicus. Augustinus, inquis, de cura pro mortuis agenda, planè negat mortuos scire, quid agatur cum viuis. Nesciūt, inquit Athanasius, Damnati, sciunt sancti: non quidem sua virtute, sed Christi, in quo vnum sunt vnus spiritus, quia domino adglutinati. Aliud ergo ibi Augustinus agit. Quoniam ait, pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me, Quasi dicat neque patris, neque matris virtus quicquam nobis opitulari potest, aliâs neque ego à matre mea demortua derelinquerer, à qua plurimum diligebar: Sed virtus illa sanctorum Dei est, qui eos assumpsit, vt iam sancti non sint in sua potestate, sed toti in Deū transformati. Quod si vero Augustinus non esse sanctos inuocandos putaret, cur ergo in meditationibus illos inuocat? Orate, inquit, dominum orate pijssimi, orate omnia agmina sanctorum, id sanè non faceret, si id sentiret, quod tu illum perperam sentire contendis. Nonnè verò apud Eusebium inter alia legitur de Portamiena martyre quod post tertiam martyrij sui diē apparuerit Basilidi & promissam martyrij coronam attulerit? Neque basilidi tantum, sed quoque apud Alexandriam multis suis condiscipulis? Nonnè corpus Elisæi etiam mortuum & ossa Ioseph, post mortem prophetasse legimus id animabus sanctis negabimus? Missos sanctos facio, inquis, quæro autem ex te, quid sibi velint Imagines sanctorum? Nunquid & illis statuis honorem exhibendum, qui sancto exhibetur, putas? Istis certè Statuis caruit Synagoga, caruit vetus Ecclesia, imò præceptum domini, planè eas prohibet. Non facies tibi, inquit, sculptile, nec similitudinem omnium, quæ in cœlo sint desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ versantur sub aquis in terra, non adorabis ea, & nō coles. Quid tum postea? Idem

Obiectio.
Solutio.
Obiectio.
De Imaginibus.
Solutio.

nos planè profitemur,& imagines execramur, si in eũ finẽ fiant, vt adorẽntur, aut colantur. Recipimus autem imagines eo modo, quo in veteri testamento Cherubini aurei,& productiles facies fiebant. quo serpens æneus erigebatur, videlicet pro signo, non autem vt adorari debeant. Ita omnes imagines hodie in signum sanctorum depinguntur, per quas in memoriam reuocetur pietas & sanctitas illorum. Harum vsum affirmat Damascenus nos habere ex traditione Apostolorum. Hic idem atque Eusebius referunt Christum regi Edissæ Abagaro imaginem suæ faciei misisse, quæ asseruatur Genuæ in Ecclesia Sancti Bartholomæi. Faciem suam Dominus linteo impressam dedit Veronicæ, cuius imagine sanatus est Tyberius Cæsar, quocirca decreuit CHRISTO honores diuinos, vt autor est Suetonius. Sanctus Lucas virginem Mariam depinxit, vt celebris fama est per Ecclesiam. Vsus præterea imaginum Concilio Nicæno approbatus est. Ex quo versiculi hi in Latinum sunt translati.

Hoc Deus est, quod imago docet, sed non Deus ipsa.
Hanc recolas, sed mente colas, quod cernis in illa.

Refert Eusebius mulierem illam, quam sanguinis profluuio laborantem, à Saluatore curatam, Euangelia tradiderunt, curasse æream imaginem Christi, pro foribus collocari, cuius ad pedem statuæ è basi herba quædam noua specie nascitur. Quæ cùm exorta fuerit excrescere vsque ad stolæ illius ærei indumenti fimbriam solet. Quam cùm summo vertice crescens herba contigerit, vires inde ad depellẽdos omnes morbos languoresq́ conquirit: ita, vt quæcunque illa fuerit infirmitas corporis, haustu exiguo madefacti salutaris graminis depellatur, nihil omnino virium gerens, si antequam æreæ fimbriæ summitatem crescendo contigerit, decerpatur. Hoc insigne Christi simulachrum Iulianus depo ni posteà iussit, quo deposito suam ibi statuam collocauit. Quæ violento igne de cælo cadente, circa eius pectus diuisa est, & caput cum ceruice, vna parte deiectum, atq; in terra fixum: reliqua verò pars hactenus superfuit, & fulminis indicium reseruauit. Statuam quidem Christi tunc pagani trahentes confregerunt. Posteà verò Christiani colligentes in Ecclesiam reconderunt, vbi hactenus reseruatur. Recitat idem Eusebius, se vidisse Apostolorum Petri & Pauli, & ipsius Saluatoris imagines designari, tabulasq́ depingi. Constantinus Magnus, Christianissimus Imperator, & numinis & vexillis, & humeris militum, & armis crucis signum imprimebat, trophæum victoriæ aduersus infernum appellans. Antiochus Soteris insignem victoriam contra hostes in figura Pentagoni reportauit. Iudas Machabeus in signo diuinitus accepto hostium quadraginta quatuor milia, cum ingenti numero Elephantorum strauit. Chrysostomus vult esse in purpuris crucẽ, in diadematis crucẽ, in precibus crucẽ, in armis crucem, in mensa crucem, & in toto orbe crucem,

super

super solē fulgere crucem. Theodosius Imperator se solitus est armare ardentissima fide signo crucis: idem fecit Gordius martyr. Donatus Episcopus solo signo crucis, sine gladio, & sine iaculo draconē circa pontem, qui in via publica iacēs cibum habebat oues, capras, equos, boues, & homines abripiēs deuorabat, vt ille leuasset caput quasi voraturus virum, solo inquam vexillo crucis, ante faciē eius digito designās in aere, & in os eius expuens, interfecit. Bestia enim sputum mox ore suo suscipiens, expirauit: quam octo paria boum in vicinum campum traxerunt. Ecce signum illud salutiferi serpētis quid nō operatur? Attamē, inquis, *Obiectio.* in deserto serpentem Ezechias confregit. Verum est propter abusum, *Solutio.* Adorabant enim illud signum, & ei adolebant incensum: cùm tamen illum adorare debebant, qui præceperat Mosi, vt serpentem eiusmodi erigeret. Quod si fecissent, Ezechias illum non confregisset. Ita hodie quod crux adoretur, non cruci debetur illa adoratio, sed illi cuius crux signum est, id est Christo. Proinde Basilius docet, quod nō ad imaginē ipsam referant venerationem, sed ad prototypum. Quòd si secus fiat, cō fringatur exemplo Ezechiæ talis imago. Nōnē vero, inquis, veri adora- *Obiectio.* tores adorare debēt Deum in spiritu & veritate? Ita planè. Spiritus autē *Solutio.* quomodo afficitur imaginibus? per multum. In memoriā enim nobis *Quæstio.* *Responsio.* reuocant eum, quē nos oportet in spiritu & veritate adorare. Spiritum autem non excludere signa sensibilia, argumento sunt sacramenta. Hæresis hæc fluxit per Photium ab Euthice & Dioscoro, qui cū Iconomachis facere videbantur. Propterea Fæliciana hæresis de abolendis imaginibus tempore Caroli Magni damnata est: Damnatus & Leo tertius imperator propter imagines Concilio Rhomano, mille penè Episcopis celebrato sub Gregorio tertio. Sed hoc mirum nō est, te in eius rei destructione & euersione occupatum, cuius præda tu affluentior opulētiorq́ factus es: hoc demū mirandum est, quòd id oppugnas, quod tam mordicus defendis. Quid hoc est? Matrimonium, quod tu inter sacramenta *Obiectio.* minimè referendum esse reris. Id propterea facio, quòd Ecclesia Rhomana nitatur in eo probando loco Apostoli ad Ephesios, vbi tamē non dicit absolutè matrimonium esse sacramentum magnum, sed mysteriū in Christo, & Ecclesia. Imò verò istic Apostolus explicat, quomodo sit rei *Solutio.* sacræ signum nō solū gratiæ, sed etiam vnionis christi & Ecclesiæ. Quocirca ad Hæbræos, honorabile connubium, & thorum immaculatum appellat: at macula non careret, si non esset gratia sacramenti. Item cùm ait dominus, Quos deus coniunxit, homo non separet: an verò coniunctio diuina est sine gratia? Deinde ad Thessalonicenses ait: vnusquisque vestrum sciat possidere vas suum in sanctificatione: at sanctificatio non est sine gratia. Et ad Timotheum, inquit, Saluabitur autē per filiorū generationem, si manserit in fide & dilectione. Potestné autē id sine gratia esse? Tandem ad Corinthios sanctificari virum infidelem, per *De matrimonio.* mulierem fidelem dicit, & filios illorum sanctos esse: quomodo autem sancti, nisi per sacramentum? Si ergo inquis, tam sanctum est matrimo- *Obiectio.*

 nium,

nium, si tam venerabile sacramentum, cur igitur sacerdotibus interdictum est coniugio? Quod enim sanctum est, id maximè ad sanctos viros pertinet. Atqui nemo sanctior esse clero debet. Huic proinde cùm primis debetur sanctum matrimonium. Missarum celebratio solis sacerdotibus commissa est, puto propter sanctitatem. Neq; verò sacros ordines vnquã impediuisse, quò minus sacerdotibus liceret matrimonium contrahere, & canonicæ scripturæ, & conciliorum, & orthodxorum patrũ testimonio euidentissimè constat. Ecclesia enim vnanimi consensu aduersus Marcionitas, Catharos, Encratitas, &c. defendit matrimonij iura. Et Paulus quoties Episcopum vnius vxoris virum esse oportere, & vnumquemq; vxorem suam habere, docet. Ita diui Clemẽtis scripta abundè testantur, diuum Petrum vxorem habuisse, eamq; secum dum Euãgeliũ promulgaret circumduxisse: itidem & Paulum, & Pphilippum, & reliquos Apostolos, quòd & Ignatius, & Eusebius refert. Proinde multi fuerunt Episcopi in Ecclesia, qui vxores legitimas habuêre, Puta Dionysius, Faustianus, Syluerius, Sergius, Hormisda, Talatus, Valerius, Tertullianus, Leo, Felix, Ocæanus, Numidius, Nazianzeni pater, Hilarius, Spiridion, Seuerus, & alij quàm plures, testis est Eusebius. Et si putes id factum antequam in sacerdotes consecrarentur, repugnabit tibi Polycrates, qui de se (vt idẽ Eusebius memoriæ prodidit) iuxta veterẽ translationem Ruffini, & recognitionem ad antiqua exemplaria latina Beati Rhenani ita ait: Sed & ego, inquit, omniũ vestrum minimus Polycrates (scilicet pascha) secũdum traditionem parentum meorum, obseruo eorum duntaxat, quos & ab initio sequutus sum. *Septem nanq; ex parentibus* per ordinem fuerũt Episcopi ego octauus. Nihil dicam de Paphnutio, qui in concilio Nicæno (vbi & de Diaconissis expressus Canon habetur) defendit, & obtinuit coniugium sacerdotum, sicut ex historia tripartita liquet: Nihil de Epiphanio qui testatur suo tempore & presbyteros, & Diaconos, & Hypodiaconos liberos procreasse: nihil de Socrate qui dicit Orientales sacerdores liberos esse vel ad cœlibatum vel ad matrimonium: nihil quod Constantinopoli (vt idem Socrates refert) binubos sicut apertè non recipiebant, ita palam nõ remouebant: in occidentalibus verò partibus apertè recipiebãt: nihil de Pinito, quẽ Dionysius Episcopus Corinthiorũ cõmonet, ne grauia onera discipulorum ceruicibus superponat, néue fratribus necessitatem cõpulsæ castitatis indicat, in quo nonnullorũ pericliterur infirmitas: q; idem ille Eusebius narrat: nihil, quòd canone Apostolorum cautum sit, ne cęlibes & cõiugati separentur. Hos si quis separauerit, concilio Gangrensi anathemate percellitur. Gratianus verò anathemate non dubitauit illos ferire, qui distinguerent sacrificium cęlibis, à coniugati sacrificio. Sexta autem Synodos præcepit Subdiaconis vicis suæ tempore ab vxoribus separari. Concilium Turonense ait, Archipresbyteros, Diaconos, & subdiaconos, cũ suis vxoribus manere debere: & Episcopum Episcõpã non haben-

habentem vt nulla sequatur turba mulierum. Concilio Agathensi dispo nitur de episcoporum filijs, & de coniugatis iuuenibus, quòd ordinari posſint. Episcopus, inquit, qui filios aut nepotes non habuerit, alium q̃ Ecclesiam non relinquat hæredem. Quid dicam de Concilio Toletano? Is, inquit, qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, à cõmunione non repellatur, tantùm vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ, vt ei placuerit, ſit coniunctione contentus. Quod idem Concilium nobis bibliothecam Reuerendi D. Andreæ, cœnobij Brunvvilerẽsis diui Nicolai Abbatis dignisſimi lustrantibus, Reuerendus dominus N. p̃positus ſancti Georgij & Canonicus diui Gereonis, & à cubiculis quõdam ſummi Pontificis Pauli Tertij, hodie multorum principum Consiliarius iucundisſimus, multarumq́ꝫ rerum cognitione & experientia Roscius, quoq́ꝫ in decretis ſanctorum Patrum Grat. diſt. 34. Canon. Is qui, oſtendit, cuius Rub. ſiue arg. ſic habet: Qui non habet vxorem, loco illius concubinam debet habere: Quamuis alia impresſio habeat: licet habere. Quo fit, vt tritum illud pasſim circumferatur: ſi non caſtè, tamẽ cautè. Quòd ſi hic Canon, inquis, de ſacerdotibus loquitur, aduerſatur illi Gratiani reſcriptum. Sacerdotes, inquit, qui in fornicationis ceciderint laqueum, ſacerdotis honorem habere non poſſunt. Et nullus, inq̃t, miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere, aut ſubintroductam mulierẽ: quales mulieres συνεισάκτους appellat Euſebius. Ibidem omnes auditores aut ſpectatores miſſæ fornicarij anathemate percutiuntur. Bene refers, ſed malè obijcis: nullam habens tempo rum rationem, quam Eccleſia, vt antea tutè retuliſti, diligẽter obſeruat. Quid ergo eſt, quòd poſtea de priuilegio concubinarum iure Canonico ſtatuitur c. ſi concubinæ. de ſent. exc. quod Doctores ibi cõmuniter tenent, concubinam ſcilicet ſacerdotis gaudere emunitate, & eſſe de foro Eccleſiæ, ne à ſeculari iudice conueniri posſit? Sed ad Toletanum Cõcilium redeo. Si, inquit, qua vidua Epiſcopi, aut Presbyteri, aut Diaconi maritum acceperit. ſi filia Epiſcopi, aut Presbyteri, ſiue Diaconi religioſa peccauerit: ſi quis dixerit, vel crediderit coniugia hominum, quæ ſecundum legẽm diuinam licet habere, execrabilia eſſe, anathema ſit. Sexta Synodus decernit, deponendos eos, qui audent poſt ordinationem diaconos & ſacerdotes, cum ſuis legitimis vxoribus conſuetudine priuare, & ipſos, qui ordinantur, ſuas vxores pietatis prætextu expellentes excommunicandos ſtatuit. Pelagius ſtatuerat, vt Subdiaconi, vel vxores abs ſe ſepararent, vel illis contenti ſacerdotum poſſeſsione cederent, & cùm neutrum admiſiſſent, iuſsit vt omnino vxores, exemplo poſt homines natos importuniſsimo, abs ſe ablegarent. Id inquam, Pelagij decretum Gregorius, qui illi ſucceſsit, iniquum cenſuit, vtpote Euangelio contrarium, quod iubet vxorem ſtupri cauſa tantùm dimitti: plura Gratianus & Polydorus. Baſilius Baſilij magni pater, etſi matrimonio ſe vinxit, vt Nazianzenus in Monodia Baſilij refert, ita tamen in eo vixit, vt nihil propterea ad perfectam virtutem, ac philoſophiam conſequendam

Reſponſio.

Obiectio. 1

impediretur: & in statu coniugali vitam ac ritum seruauit sacerdotalē, ex quo tria hæc, castitas, matrimonium, sacerdotium, quæ diuersa solēt vitæ genera constituere, nequaquam in hoc pugnantia fuêre, aut virtuti vllo modo offecerunt. Hæc ille. Ioannes Eleymon patriarcha legitur, in vitis patrum, simul & vxorem duxisse, & presbyterum factum, & missam celebrasse. Tarraconensis Episcopus scribit ad Syricium pontificem, sacerdotes Hispanos non posse adduci, vt legem accipiant, qua interdicebatur eis consuetudine vxorum. Scripsit & Stephanus Papa, Orientalium sacerdotes matrimonio copulari. Archiepiscopus Magūtinus (quod Nauclerus annotauit) publicaturus edictū Rhomani pontificis de ea re penè ab iratis sacerdotibus per tumultum oppressus est: Ita alijs denique super alijs promulgatis legibus, non ante pontificatum Gregorij septimi, qui anno salutis. M.LXXIIII. est pōtifex creatus, con iugium adimi occidētalibus sacerdotibus potuit. Quod verissimū esse, testatur Leo nonus, qui paulò ante istum Gregorium sedem tenuit Apostolicam, ita aduersus quendam Abbatē, nomine Nicætā, scribens, Omnino, inqt, confitemur, nō licere Episcopo, presbytero, & Diacono propriā vxorem causa religionis abijcere à cura sua. Licet verò Ioannes Metellus Sequanus Iurisconsultus ex Ioannis Le. Mare vel Marij li. de consilijs, Calisto id tribuat ijs verbis: O bone Caliste, omnis clerus odit te, olim presbyteri poterant vxoribus vti: hoc destruxisti, quando tu Papa fuisti. Ergo tuum festum nunquam celebratur honestum. Cæterum Innocentius primus concedit in Ecclesia coniugatos consecrari, modò sunt idonei. Quod antea statuerant Pelagius secundus, & Leo pontifices, si vnius vxoris maritus fuerit, quamque virginem duxerat. Porrò si secundas postea nuptias contraxerit, nō quidem peccat, sed sacerdotali dignitate priuatur. Quocirca Gratianus ait, copulā sacerdotalem, nec legali, nec Euāgelica vel Apostolica autoritate prohiberi. Sed votū obijcies? Obijciā ego tibi Cyprianū, qui suadet, vt mulieres nubāt, quę nō seruant promissam castitatem. Pudicæ, inquit, & castæ sine vlla fabula perseuerent, ita fortes & stabiles prēmium virginitatis expectent. Si autem perseuerare nolunt, vel non possunt, melius est vt nubant, quàm in ignem delicijs suis cadant. Gratianus ex Augustino citat de bono coniugali, hunc locum. Quidam, inquit, nubentes post votum asserunt adulteros esse: ego autem dico vobis, quòd grauiter peccant, qui tales diuidunt: Inter alia Augustinus in primis permultis rationibus probauit connubia post votum contracta non deberi dirimi, veluti in Decretis c. nuptiarum. planè extat. Peculiaris deinde canon est. In malis promissis, rescinde fidē. In turpi voto muta decretum. Quod incautè vouisti, ne facias. Impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Malè ergo Herodes filiæ saltatrici Herodiadi promissa præstitit. Item maioris est mercedis, quod non cogitur, & offertur, inquit Hieronimus ad Eustochium. Nemo denique quicquam Domino rectè vouerit, nisi ab ipso acceperit, sicut legitur, Quæ de manu tua accepimus, damus tibi.

Tales

Tales enim nos amat Deus quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito, inquit Concilium Arausicanum. Preterea Rhomanorum Canon iubet sacerdotem, qui vxorẽ duxerit, suspendi ab officio, & ministerio sacerdotali, non à laqueo, & arboribus, liberũq; relinquit ad officiũ posse reuerti. Quin constat, inquit Cornelius, Rhomanũ Pōtificem, aliquando Cardinali cuidam permisisse, vt vxorẽ duceret, atq; suscepta prole rediret, si vellet, ad pristinã Cardinalitiã dignitatẽ: qui propterea non habetur pro impio, sed pro tempore duntaxat irregularis. Idcirco Panormitanus multis argumentis coniugium sacerdotum defendit, & Marsilius Patauinus, libro pro defensione Ludouici Imperatoris. Atq; etiã Aeneas Syluius, postea Papa Pius secundus, dixit: Olim ob graues causas ereptas sacerdotib. vxores, sed ob grauiores illis fore reddẽdas: ꝙ idẽ Papa de gestis Basiliensis Cõcilij, vbi & Amadæi meminit, fusius pertractat. Sed votũ vrges. Quale votum? An illud, quod Episcopo ordinanti promisit? Videamus, quid promisit? Episcopus inquit, Fratres dilectissimi, ad sacros ordines promouendi, iterũ atq; iterũ considerare debetis attentè, ac diligẽter, quale onus hodie vltrò appetitis. Hactenus enim liberi estis, licetq; vobis pro arbitrio ad secularia vota trãsire: ꝙ si hos sacros gradus susceperitis, amplius non licebit à proposito resilire, sed Deo, cui seruire regnare est, perpetuò famulari, & castitatẽ illo adiuuãte seruare oportebit, atque in Ecclesiæ ministerio semper esse mãcipatos: proinde dũ tẽpus est cogitate, & si in sancto proposito pseuerare placet, in Dei nomine accedite. Tunc rogat Episcopus: Promittis castitatẽ? Singuli respondent, Promitto. Atque hoc illud est votum: scilicet nõ resilire à ꝓposito, nõ trãsire ad secularia vota, sed Deo tantũ seruire & ppetuo famulari, atque castitatẽ seruare. Si hæc verba expẽdantur, deprehendes certè à nemine minùs huiusmodi votũ seruari, q̃ ab ipso clero, ab ipsis sacerdotib. abbatib. episcopis, archiepiscopis, patriarchis, Cardinalibus, & Pōtificib. Ostẽde q̃so, vel vnũ ex omnib. istis, q nõ resiliat indies à ꝓposito, & trãseat ad secularia vota, & tantũ absit, vt ppetuò Deo famuletur, vt etiã nemo sit, qui rariùs Deo seruiat. Quẽ mihi, obsecro, ex vniuerso clero dabis, qui seculo valedixerit? Nõne iã in ꝓuerbiũ abijt, Quicquid agit mundus, clerus vult esse secundus? An nõ videmus hodie Episcopũ in theatro, cras in cathedra episcopali? Nũquid nõ cõspicimus hodie in telone, & cras Canonicũ in choro? Certè nemo ignorat hodie militẽ cras p̃sbyterũ esse. Oẽs postputatis fructib. spiritualib. tẽporales s. pompã, diuitias, dignitates, honores & voluptates huius seculi p fas & nefas q̃runt. Exercẽt ꝓ horis canonicis mercaturã, Simoniã, vsuras, crudelitatẽ, libidinẽ, luxũ, lutũ, stercora, quibus totã noctẽ transigũt, & diluculò sacramenta tangere præsumunt, sanguine delectantur, comessationibus & ebrietatib. studẽt, ministrari & nõ ministrare volũt, euangelizare fugiunt, ne dicam contemnũt. Hócne est votũ, quod vouerũt seruare? In nobis Neopistis (vt tu nos cõpellare soles) reprehendis, quòd post votum honestas & honorabiles nuptias contrahamus, & in vobis Papistis

noñ reprehendis, quòd vos neq; promissam castitatem, nec quicquã eorum, quod voto recepistis vos seruaturos, seruatis, sed vsq; adeò dissoluti, & omnibus sceleribus notatissimi inceditis, vt nemo sit, qui vos in vllo genere libidinum superare possit. Præterea non hic vouetur castitas virginalis: aliàs quotusquisque rectè voueret? quotusquisq; ad sacros ordines virgo accedit? Nónne verò castitas in matrimonio seruari potest? quod Augustinus ipse castitatem coniugalem vocat. Et Paphnutius honorabiles confitetur nuptias, & castitatem esse dixit concubitum cum propria cõiuge. Quare de cœlibatu sacerdotum Nicæna Synodus nihil sanciuit, sed hoc in vniuscuiusque voluntate, non in necessitate dimisit, vt Sozomenus memoriæ mandauit. Certè aptè Polydorus scribit, tantum abfuisse, vt ista coacta castitas illam cõiugalem vicerit, vt etiam nullius delicti crimen maius ordini dedecus, plus mali religioni, plus doloris omnibus bonis impresserit, inusserit, attulerit, quàm sacerdotum libidinis labes. Proinde forsitan tam è Repub. Christiana, quàm ex ordinis vsu esset, vt tandem aliquando ius publici matrimonij sacerdotibus restitueretur, quod illi sine infamia, sanctè potius colerent, quàm se spurcissimè eiuscemodi naturæ vitio turpificarent. Audiui ego te, Neopiste, patientissimè omnia ista prolixè satis inflatis buccis, & iratis oculis audacter narrantem, ne dicam blaterantem: Audias tu me vicissim, ad hæc paucis sedato animo respondentem. Ita detruncatas sententias diabolus quoq; Dominum tentans, prout tu facis, adferre solebat. Qua in re quis sit vester ille spiritus, abundè satis apparet. Quod enim ad Paphnutium attinet, Trip. hist. lib. 2. ca. 14. sermo est de illis vxoribus, quas presbyteri ante consecrationem duxerant. Ibidem namq; Græcus textus tradit, quòd qui in clerum antè ascripti erant, quàm duxissent vxores, hi secundum veterem Ecclesiæ traditionem deinceps à nuptijs abstinerent. De Polycrate idẽ intelligendum est: nam & tuorum Neopistorũ translatio pro parentibus cognatos habet. Polycrates enim Græcè dicit: ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος. vbi συγγενεῖς significat & parentes, & maiores suos. Ad binubos non est quod respondeã: quandoquidem id hæreticis Nouatianis, & non Catholicis vsu venerit: quod palàm fit Tripart. hist. lib. 9. cap. 38. fol. 580. his verbis: Nouatiani, inquit, circa Phrygiam binubos non recipiunt: Constantinopoli verò neq; apertè recipiunt, neq; palàm remouere noscuntur: in Occidentalibus verò partibus apertè recipiunt. Hæc illic. Quod autem ibidem fol. 579. de Orientalibus sacerdotibus dicitur, sic habet Socrates: Ego quoque cognoui in Thessalia consuetudinem aliam, cùm quidam clericus ante clericatum legitimè duxisset vxorem, quia cum ea nuptus fuisset, abdicatus est, cùm in Oriente cuncti spontanea voluntate, & non aliqua necessitate etiam Episcopi seipsos abstineant. Plurimi enim eorum etiam Episcopatus tempore ex legitima vxore filios habuerunt. Hactenus ille. Simile est illud Epiphanij detruncatum quod attulisti. Quocirca ipsius verba cont. hæres. lib. 2. tomo 1. contra Catharos hæresi 59. ita sonant. Quæ enim,

Responsio.

enim, inquit, ad sacerdotium tradita sunt, propter eminentiam celebrationis sacrorum, ea ad omnes æqualiter ferri putauerunt, cùm audierint, quòd oportet Episcopū irrepræhensibilem esse, vnius vxoris virū, continentem, similiter & Diaconū & Presbyterū. Reuera enim non suscipit sancta Dei prædicatio post Christi aduentum eos, qui à nuptijs, mortua ipsorum vxore, secundis nuptijs coniuncti sunt, propter excellentem sacerdotij honorem ac dignitatem. Et hæc certò sancta Dei ecclesia cum synceritate obseruat: sed & adhuc viuentem & liberos gignentem vnius vxoris virū nō suscipit, sed eum qui se ab vna continuit aut in viduitate vixit, Diaconū, & Presbyterū, & Episcopū, & Hypodiaconū, maximè vbi synceri sunt Canones Ecclesiastici. At dices mihi, omnino in quibusdam locis adhuc liberos gignere Presbyteros, Diaconos, & Hypodiaconos. At hoc non est iuxta Canonem, sed iuxta hominum mētem quæ per tempus elanguit, & propter multitudinē, cùm non inueniretur ministerium. Nam quod decentius est, id semper Ecclesia per spiritū sanctum benè disposita videns, statuit apparare, vt cultus diuini indistracti Deo perficerentur, & spirituales necessitates cum omni beneuola conscientia peragerentur. Dico autem, quod decorum est propter repentina ministeria ac necessitates, vt Presbyter, & Diaconus, & Episcopus Deo deditus sit. Si enim etiam populo pręcipit sanctus Apostolus, dicēs: Vt ad tempus vacent orationi, quantò magis sacerdoti idem pręcipit? vt indistractus sit inquam, ad vacandum secundum Deū sacerdotio, quod in spiritualibus necessitatibus ac vsibus perficitur. Hęc ibi, & plura alia in eandem sententiam. Vnde abundè satis elucescit sacerdotes non procreasse liberos iuxta Canonem, sed iuxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit. Atque ideò sicut Moses in libello repudij, & Helias in offerendo sacrificio super monte Carmelo, atque Ezechias in celebratione Phase mense secundo, se habebant, ita quoque Ecclesia in sacerdotū matrimonio. Sollicita enim sancta mater Ecclesia multa tolerat pro tempore, pro persona, intuitu pietatis, siue vtilitatis, & pro euētu rei: q. 7. c. Requiritis. Hinc est vniuersa illa farrago, quam tanta exultatione in medium protulisti. Taceo, quod Gratianus multa minus aptè compilauerit, multaqúe ex prouincialibus & non œcumenicis Concilijs dedeprompserit. Quale in primis fuit Toletanum illud, quod tanto iubilo allegasti, & hoc ipsum per secundum Toletanum reuocatum. Cæterùm vbi Ecclesia videret, vxoratos sacerdotes magis vxoribus, & liberis operam nauare, quàm Ecclesiasticæ functioni, & Imperij officia in peculium proprium deuenire, metuebat ne idem Ecclesiasticis quoque eueniret, & bona pauperum diriperentur. Rursus proinde ad Canonem, id est cælibatum, sacerdotes redegit, vt scilicet nemo, nisi cælebs, officio & beneficio Ecclesiastico fungeretur & frueretur. Quod si sacerdotes matrimonium cōtrahant, tute, quod tanta prolixitate egisti, diluis. &c. cùm Rhomanum Canonem allegas, sacerdotem scilicet, qui vxorem duxerit, ab officio & ministerio sacerdotali esse suspendendum. Quid

vis amplius? quid quęris? Pollicitus est sacerdos Episcopo à proposito se resilire nolle, nec ad secularia vota trāsire facit, ille viderit. Tu quod prę tereà velis ignoro, nisi fortè voles, vt Ecclesia ad nutum tuum agat, tibi morē gerat, te obseruet, quam tu meritò matrē nostrā, & spōsam Christi reuereri atque colere deberes. An tu cogere potes, vt quispiam tibi de suo det, si nolit? an si certis conditionibus aliquid præstiterit, quas si non seruarit, cui præstitit, promissis stare debebit? præsbyter ea conditione sacros ordines assumpsit, officio & beneficio fungitur, vt quod promisit seruet: si ergo stare promissis nolit, quis coget Ecclesiā, vt officiū illi & beneficium relinquat. Si non placet conditio, ecce canon, quem ipsemet allegasti facilè controuersiam dirimit. Nugæ sunt proinde illæ tuæ splendidissimæ, quem non pudet tanta temeritate effutire, & Ecclesiam Marcionis errore inuoluere, quasi interdicat iura matrimonij, quæ illa tanta pietate defendit. Sacerdotē, verum est, arcet à nuptijs propter graues caussas, quas censura & effigie veteris ecclesiæ ex Alciato & alijs recensui, & Apostolo quidē ita ad Corinthios consulente, cùm dicit. De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquā misericordiam consequutus à Domino, vt sim fidelis, at nō hunc Ioannē vel illum Petrum. Id est, dum quispiam fungitur officio & beneficio sacerdotali, ratione officij nō potest contrahere matrimonium: at si cedat officijs & beneficijs, iā nō sacerdos, sed laicus ducit vxorem. Ita Ioannes filius Alberti Ducis Bauariæ, nepos Ludouici quarti Imper. Bauarię, Episcopatu Leodiensi se prius abdicauit, quā vxorē duceret, & Ducatū Holandię reciperet. Similiter Adolphus Comes de Mōte, resignato Episcopatu Coloniensi, Dux Cliuiæ factus est. Pari ratione Albertus Austrius, proauus Frederici tertij Imperatoris, Passauiensi Canonicatu depposito, coniugio se iunxit. Idem & Monachos fecisse legimus. Raymirus enim secundus, filius Sancti regis Arragoniæ, Monachos S. Pontij in Gallijs fuit, posteà dispensatione Pontificis, fratri Petro sine prole mortuo in regnis Arragoniæ & Nauarrę successit, & vnicam filiam genuit, nuptam tandem Raymundo Comiti Barcinonensi, quem hæredem instituit. Similis est historia in Chronico Poloniæ, qui ex Monasterio Cluniacensi ad regnum Polonię reuocatus est, tempore Henrici tertij Imperatoris. Sed video quid velis, id nimirū quod iam apud multos reges & principes perfecisti, vt bona ecclesiastica transirent in peculium proprium, & potestatem laicam ac popularem. Atque hæc erat potissima ratio, cur ecclesia bona sua vxoratis committere hactenus

Quæstio. noluerit. Iam quod illa non vult, tu effecisti, vt populares vi ad se trahant, & præda ecclesiastica ditiores euadant. Ad quid ergo, inquis, dis-

Responsio. pensatio Pontificis, si sacerdos, officio & beneficio deposito, vxorem ducere possit? Hoc quidem suo periculo illum facere aio non nisi dispensationem Pontificis maximi habeat, huius enim est dispensare & absoluere à præstito voto. Nam scriptura seriò iubet esse vota red-

De votis. dēda, sicut in Deuteronomio expressum est. Quū votū voueris domino Deo tuo, nō tardetis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus:

& si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum: si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo loquutus es. Et in Leuitico, Animal quod immolari potest, si quis vouerit, sanctum erit, & mutari non poterit, nec melius malo, nec peius bono. Omne, quod Dño cõsecratur, siue fuerit homo, siue aïal, siue agnũ, nõ veniet, nec redimi poterit. Quicqd semel fuerit cõsecratũ, sanctũ sanctorũ erit Dño. Et in Num. Ista est lex Nazaræi, quũ vouerit oblationẽ suã, Dño tẽpore consecrationis suæ. Et ab initio, Loquere, inquit Dominus, ad filios Israel, & dices ad eos, Vir siue mulier, cùm fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint Domino cõsecrare, à vino & omnĩ quod inebriare potest, abstinebunt. Et paulò pòst: Vuas recentes, siccásque non comedent, Et: Nouacula non transibit super caput eius. Psalmista autem ait, Vota mea non reddam in conspectu omnium. Item: Tibi reddam vota mea, quæ distinxerunt vel aperuerunt labia mea. Esaias inquit: In die illa, scilicet Euangelij, colent eũ hostijs, & muneribus, & vota vouebunt Dño, & soluent, & placabitur illis, & sanabit eos. Apostolus ad Timotheum, Adolescentiores, inquit, viduas deuita, cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Ab hac ergo damnatione, ab hoc peccato, Pontifex sua dispensatione eos absoluit, qui à voto suo recedunt: nam si viduæ iuniores damnationem habent, quia primam fidem irritam fecerunt: quantò magis Monachi, & sacerdotes, atque seniores Ecclesiæ? Neque verò votum castitatis, quod suprà ineptè allegasti, aut malum, aut turpe, aut impium est, veluti quòd Pauli consilio, & vniuersæ Ecclesiæ vnanimi consensu obseruatur. Deinde alia est castitas virginalis, alia vidualis, alia continentiæ. Sacerdotes continentiam vouent, & ab incontinentia arcentur. Quòd autem impotentiam caussaris, vbi ergo illam tuam fidem, quæ omnia potest, relinquis? Apostolus sanè ad Philip. non frustra ait: Confido in hoc ipsum, quia, q cœpit opus bonum in vobis perficiet vsque in diem Iesu Christi. Et: Omnia possum in eo, qui me confortat, Et ad Corinthios: Fidelis est, inquit, Deus, qui non patietur vos tentari suprà id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Atenim, inquis, Christus donauit nobis libertatem, vota redigunt in seruitutẽ. Deinde Christus voluit cõsilia esse libera, quæ votarij faciunt præcepta. Neque incassum, inquit Apostolus ad Timotheum, Exerce te ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicũ vtilis est, pietas autẽ ad omnia valet. Nónne baptismo fideles astringuntur ad regulam Euangelicam? Quid opus est magis se astringere, cùm plus quàm baptismo professus sit, nemo præstare possit? Itáne libet cauillari? Nónne seruitus CHRISTI, in quam nos vota redigunt, est summa libertas? Liberati enim, inquit Apostolus, à peccato, serui facti estis iustitiæ, & Deo, imò seruire Deo, est regnare cum ipso. Neque enim aliud est transgredi præcepta, *Obiectio.* *Responsio.*

ad quæ seruanda obligamur, ac transgredi votum, cuius obligatione tenemur. Consilia quidem libera sunt anteq̃ recipiantur, & in promissionem cadant, tunc enim obligant, iuxta illud tritum, Omne promissum cadit in debitum. Neq; verò Deus præcipit vota fieri, sed promissa reddi. Sic & matrimonium priusquam contrahatur liberũ est, vbi contractum fuerit, dissolui nequit, nisi propter fornicationem. Hinc est, q Innocentius Papa tertius ait, Licet, inquit, vniuersis sit liberum arbitriũ in vouendo, vsqueadeò tamen solutio necessaria est post votum, vt sine propriæ salutis dispendio alicui non liceat resilire: vnde saluator, Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Et memores estote vxoris Loth, quæ retrò respiciens, conuersa est in statuam salis. Qui autem perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit, Et Apostolus, Tantum qui tenet nunc teneat donec de medio fiat, id est, vsque ad mortem, Ruina enim est homini deuotare sanctos, & post vota retractare. Reddite igitur ô votarij, quæ sunt Dei (hoc est vota vestra) Deo, vt salui fieri mereamini. Hæc ille. Porrò Apostolus nõ vult esse nihil exercitationem corpoream, sed modicam esse, si ad pietatem conferatur. Astringunt autem se magis religiosi, vt commodiùs pręcepta Euangelica perficiant, & quod in baptismo promiserunt, proinde regulas voueant, quibus promoueantur, vt expeditius Deo seruiant. Resilire ergo à voto, quantum sit peccatũ intellexisti: quòd nisi dispensatio ne pontificia operiatur, & compensetur indulgentijs, atque remittatur, nemo sine periculo & dispendio salutis suæ id commiserit. Putabam, inquis, Canone Rhomano, quo vxorati sacerdotes ab officio & beneficio suspenduntur, quoq; ab ipso voto absolui. Cessante enim causa cessat effectus: ita cessante officio & beneficio, cessat votum istud castitatis: quin Paphnutius, vt antea allegaui, castitatem esse dicit connubium cum propria coniuge. Vt Gratianus. 27. dist. c. Diaconus. Etsi, inquit, in in ordinatione sua castitatis votum obtulerit, tamen tanta est vis in sacramento coniugij quòd nec ex violatione voti potest dissolui ipsum coniugium. Sed hęc hactenus. Ad cęlibatum venio, quippe quòd nõ videã, quid promoueat, aut in quo commodiorem viam præstet cœlibatus, ad præcepta Dei perficienda. Si enim cœlibatus ad eam rem aliqd potuisset, haud dubiè lege veteri non fuisset prætermissus. Atq; sacerdotes veteris legis habebant vxores, & Græci in hunc diem, & Calabri habent vxores. Quin præceptum Dei est, Crescite & multiplicamini: & Apostolus præcepit Tito vt deligat Episcopum virum vnius vxoris, & melius esse nubere, quàm vri. Sed etiam ad Timotheum Apostolus hunc errorem notauit, fore inquiens quosdam attendentes spiritibus erroris, qui prohibebunt nubere. Quorsum hæc pdictio, nónne Rhomanã Ecclesiã notat? Profectò aptè ait Apostolus, si acceperis vxorẽ, nõ peccasti. Nec dũ desinis insanire Neopiste? Quod vtiq; faceres, si Christũ expenderes laudantem eos, qui se castrassent propter regnũ Dei, voluit sanè Apostolus ad Cori. nos sine sollicitudine esse: q sine vxore est, sollicitus est, quæ dñi sunt, quomodo placeat Deo: q aũt cum vxore est, solli-

De cœlibatu. Obiectio.

Responsio.

184

citus est, quæ sunt mūdi, quomodo placeat vxori, & diuisus est: & mulier innupta & virgo cogitat, quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Ibidem Paulus monet coniugatos, vt aliquanto tempore abstineant ab vsu coniugali, vt commodius vacent orationi. Hinc est, quòd Concilium Carthaginense statuerit, vt Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, vel qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes, ab vxoribus se abstineant. Quod autem in veteri lege, & quoque in ipsa primitiua Ecclesia sacerdotes habuerint vxores, non negamus: tamen tempore ministerij (vt tute citasti sextam Synodum præcepisse subdiaconis, vicis suæ tempore ab vxoribus separari) ab vxoribus abstinebant. Vt ergo tantò promptius ministerio Dei vacare ministri verbi Dei possent, statuit mater Ecclesia, permota consilio Apostoli, vt qui in sacris perseuerare vellent, cœlibem vitam agerent: idq; propter instantem necessitatem, quod & verbo Dei, & ecclesiæ bonis lupi rapaces inhiarent. Huic quæstioni, quia aptissimè respondet Siricius, verba ipsius subiūgam. Dicat mihi (inquit) quisquis ille est, sectator libidinum, præceptorq; vitiorum, si ęstimat, quòd in lege Mosi passim sacris ordinibus à Deo nostro laxata sunt, fræna luxurię, cur eos, quibus committebantur sancta sanctorum, pręmonet dicens: Sancti estote, quia & ego sanctus sum, Dominus Deus vester: Cur etiam procul à suis domibus anno vicis suæ in templo habitare iussi sunt sacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus possent carnale exercere cōmercium, vt conscientiæ integritate fulgentes acceptabile munus Deo offerrent. Quibus, expleto deseruitionis suæ tempore vxoris vsus, salutis successionis causa fuerat relaxatus: quia non ex alia, nisi ex tribu Leui, quisquam ad ministerium fuerat præceptus admitti. Vnde & Dominus Iesus, cùm nos suo illustrasset aduentu, in Euangelio protestatur, quia legem venerit adimplere, non soluere. Et ideo Ecclesiam, cuius spōsus est speciosus forma, Castitatis voluit splēdore radiari, vt in die iudicij, cùm rursus aduenerit, sine macula & sine ruga eam possit (sicut per Apostolū instituit) reperire. Quarum sanctionum sacerdotes omnes, atq; Leuitæ insolubili lege constringimur, vt à die ordinationis nostræ sobrietati ac pudicitiæ, & corda nostra mancipemus & corpora, dummodo per omnia, Deo nostro in his quę quotidie offerimus, sacrificijs placeamus. Hęc Siricius Papa. Græcos habere vxores, mirum non est, quia illis cum Rhomana Ecclesia ante Florentinum Concilium non conueniebat: tum etiā quod Orientalis Ecclesia se voto non obstringat, veluti, quæ votū nunquam obtulit. Stephanus Papa dist. 31. c. Aliter. Et 27. dist. c. Diaconus. Gratianum apostillator non admittit nisi in Orientali Ecclesia. Neq; tamen Græci nisi virginem vxorem ducunt, qua mortua secūdam illis ducere non licet. Illud Geneseos, Crescite & multiplicamini, planè admitto: nihil ad rem. Hæc multiplicatio indies crescit. Prædixit Paulus Marcionitas, Tatianos, qui execrabantur nuptias: Rhomana ecclesia, vt dictum est, illas contra omnes hæreticos tuetur, amplectitur, commēdat. Melius nubere, quàm vri, concedo: sed bonum est homini mulierē non

tangere. Non vult Apostolus illum vti, qui à carne tentatur, sed ille vtitur, qui à concupiscentiæ flammis superatur, huic melius esset nubere, quàm perpetuò in sordibus volutari, dic contrarium, & Paulum facies nubentem, quia patiebatur stimulum, fateor, difficile est continere, at regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Tentamur omnes à carne: fidelis autem est Deus qui non patitur nos tentari supra id, quod possumus, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere. Postremò, accipere vxorem non est peccatũ, sed frangere votũ peccatum est. Atq; hoc peccatũ remittit pontifex, si causam iustã videat, & super eo casu dispensat. Ita Deus Opt. Max. pius, & clemens, atq; multæ & infinitæ misericordiæ, multa remedia nostræ fragilitati adhibet, modò nos saluos & incolumes conseruet, & ad vitam illam beatam atque sempiternã perducat. Nec his quidem remedijs contentus, extremã

De extrema vnctione. etiã vnctioné instituit, venerabile sacramentũ, à S. Iacobo, ꝓmulgatũ, vt nos quoq; iã in extremis existentes, ab omnib. malis defendat, & ex omnibus piculis eripiat, néue qcq̃ in optimo patre defuisse videatur, qđ ad salutẽ nostrã tã corporis quàm animi spectare posit, infirmatur, inqt, qs in vobis, inducat ṗsbyteros Ecclesię, & orẽt super eũ vngẽtes eũ oleo, in nomine dñi, & oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eum Dñs, & si

Obiectio. in peccatis sit, remittuntur ei. Cæterùm ais, de epistola Iacob' dubitari.

Solutio. At verò nõ dubitatur de Marco, qui refert, Apostolos vnxisse oleo multos ægros, & sanatos esse, præterea dubitatũ quidem est. nõ de veritate epistolæ, sed de auctore, an Iacobus, vel alius quispiã eam cõscripsisset. Canonicã tũ sub nomine Iacobi multis argumentis, & vnanimi Ecclesię consensu, sicut & Euãgelia, & epistolæ Pauli, & reliqua noui instrumenti scripta autoritate obtinuit, Hieronimo teste. Quocirca etiam prima in ordine ponitur, vt qui huic epistolæ fidem habere nolit, is & Petri epistolas rejciat. Causam verò cur scripta sit à Iacobo, suprà patefeci. Huius autoritate Augustinus hoc sacramentum confirmat libro de visita-

De humanis costitutionib. tione infirmorum, & Ionnocentius Papa, ad Decentiũ Egodirum Episcopum & vniuersa Ecclesia, sed humanis constitutionibus hæc omnia tribuis, frustra, inquis, me colunt, docentes doctrinas, & præcepta homi-

Obiectio. num, nec esse addendum quicquam aut auferendum à verbo Dei, nosq́ue pretio emptos esse, ideoq; non debere fieri seruos hominum. Quoniam si spiritu ducimur, non sumus sub lege, neq; enim iusto lex est posita, quãdo luxuriam operatur, vbi autẽ spiritus domini ibi libertas, ea

Obiectio. scilicet, qua Christus nos liberauit. More tuo pergis, Neopiste, neque expendis, quod Christus ait, Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Sic ꝓcepta dedit Apostolis ad Tessalonicenses. Scitis, inquit, quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum Christum, & paulo post: Itaque qui hæc spernit, non homines spernit, sed Deum, qui etiam dedit spiritum sanctum in nobis. Ioannes in sua prima Epistola. Qui, inquit, nouit Deum, audit nos, qui non est ex Deo, non audit nos, per hoc cognosci-

mus ſpiritum veritatis & erroris. Nónne Apoſtoli multa conſtituerunt, quæ ſacris literis conſtituta non erant? Prohibuerunt ab immolatis idolorum, ſanguine & ſuffocato. Paulus tot leges dedit, in conſtituendis Epiſcopis, de viduis, de mulieribus velandis: item vt non prædicent mulieres, vt mulier non deſerat maritum infidelem: Deinde quid in rebus prophanis & ſecularibus iudicijs agendum ſit. Nónne verò Paulus homo fuit? Hic tamen præcipit ſua præcepta ſeruari. State, inquit, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. Nonné & CHRISTVS ad Eccleſiam remittit. Si Eccleſiam, inquit, non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Idcirco Paulus ad Philippenſes ait: Quicunque perfecti ſumus, hoc ſentiamus, & ſi quid aliter ſapitis, & hoc vobis reuelabit Deus. Itaque Eccleſiæ conſtitutiones non ſunt hominum, ſed per homines à Deo. Atque ita huiuſmodi traditiones tanquam præcepta Dei ſunt amplectendæ. Sicut Paulus ibidem docet: Fratres, inquit, quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quęcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate, quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me. Ita cùm Sila perambulauit Syriam & Ciliciam confirmans Eccleſias, præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & ſeniorum. Propterea Polycarpus ad Philippenſes ait: Subiecti eſtote presbyteris, & Diaconis, ſicut Deo & Chriſto. Et Paulus ad Hebræos, Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim reddituri ſunt rationem pro animabus veſtris. Et Petrus, Etiam diſcolis, ſiue inhumanis ſubditos nos oportere eſſe voluit: id quod ſuprà fuſius expoſui. Quod ergo obijcis, doctrinas & præcepta hominum, nihil nos mouet, illa nos quoque reijcimus. Traditiones enim tum verè hominum dicuntur, cùm Dei mandatis poſtpuratis, ſe duntaxat efferunt, & irritum faciunt præceptum Dei, vt traditiones ſuæ ſeruentur, ſicut apud Marcum expreſſum eſt, & exemplo quarti præcepti demonſtratum. Nam, inquit, omiſſo præcepto Dei tenetis conſtitutiones hominum, ablutiones vrceorum, & poculorum, aliáque ſimilia his facitis multa. Et dicebat illis, Bene reijcitis præceptum Dei, vt conſtitutionem veſtram ſeruetis. Moſes enim dixit, Honora patrem tuum & matrem tuam. Et, Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur: Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri vel matri Corban, quod eſt, donum quodcunque ex me in tuum cedet commodum. Et præterea non ſinitis eum quicquam facere, patri ſuo aut matri ſuæ, & irritum facitis verbum Dei, per conſtitutionem veſtrã, quam tradidiſtis. Et ſimilia huiuſmodi multa facitis. Ecce cauſam, cur reprobet traditiones hominum, cùm ſcilicet omittũt & irritũ faciũt pceptum Dei. At traditiones Eccleſiæ promouẽt, augẽt, cumulãt, obſeruant, venerãtur & colũt præcepta Dei: quocirca etiã obuijs vlnis excipiendæ ſunt. Illum locum apud Matthæum dilucidiorem reddit, Væ vobis, inquit, Scribæ & Phariſæi, hypocritæ, quia decimatis

mentam

mentam, anethum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam, & fidem, hæc oporret facere, & illa nō omittere. Vnde satis apparet, mandata hominum Christum non reijcere, modò ipsa Christi mandata non reijciant. Ita quoq; non est addendum aliquid, aut adimendum verbo Dei, sicut Deuteronomio & Apocalypsi præcipitur, quòd illud deprauare posit, quemadmodum Petrus queritur, factum esse Epistolis Pauli, In quibus, inquit, sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti parumq; firmi deprauant, siue detorquent, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perniciem. Ergo detorquere & deprauare scripturam, id quod tu facis, qui neglecto Catholico sensu ad hæreticorum opiniones nefarias propagandas animum applicuisti, & scripturam more ipsorum nunc in hanc, nunc in illam partem detorques & deprauas, inhibitum est: exponere autem, & exornare, ad ædificationē Ecclesiæ, atq; interpretari non modò licet, verumetiam spiritus Domini requirit. Vnicuique enim datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, inquit Apostolus ad Corinthios. Nam huic quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij verò sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alij verò fides per eundem spiritum, alij verò dona sanationum per eundem spiritum, alij verò efficaciæ potentiarum, alij verò prophetia, alij verò discretiones spirituum, alij verò genera linguarum, alij verò interpretatio linguarum. Sed omnia hæc efficit vnus ille & idem spiritus, diuidens peculiariter vnicuiq; sicut vult. En prophetia, en interpretatio scripturarum, non ex nobis, sed ex spiritu illo eodem, quo scriptis verba Dei, & præcepta mandata sunt. Verùm id nemo præstiterit, nisi in Ecclesia. Idcirco paucis interpositis inquit: Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte. Et alios quidē posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, deinde Prophetas, tertiò Doctores, deinde potestates, deinde dona sanationum, subsidia, gubernationes, genera linguarum. Prophetæ igitur & Doctores, quos Deus in Ecclesia posuit, quod aio præstare possunt, & non tu tuique similes ab Ecclesia diuulsi. Pretio autem empti sumus, neque seruimus hominibus, sed Deo, cuius præcepto dum paremus, obedimus potestati. Qui autem potestati resistit, nónne Deo Deiq; ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem, Paulo affirmante, acquirunt. Ergo contra potestatem agere, & seditionem atq; schismata excitare, & hæreses seminare, quod tu agis, hoc est seruire hominibus, & precij Christi obliuisci. Qui autē in Domino vocatus est seruus, libertus est Dñi: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. Precio empti estis, nolite fieri serui hominum: Vnusquisque ergo in quo vocati estis fratres, in hoc maneant apud Deū. Vnde euidētissimè cōstat Apostolū hic nō ꝓhibere officia hominib. ꝑstare, sed hoc saltē cauere, ne quicq̄ extra vocationē fiat: quod ipsum tu cum tuis complicibus magna temeritate, & incredibili audacia facis, & metis vbi non seminasti, curris non missus, & honorē tibi sumis nō vocatus, atq; ita hominibus, nō Deo seruis. Quod ad eos attinet, qui spiritu ducuntur, ne nos quidem negamus ipsos

ipsos sub lege scilicet Mosis esse: esse tamen non legalis sub legè Eu angelica, lege Christi, lege nõ vmbræ sed lucis: cum in domino vocati sint omnes & serui & liberti. Iusto porrò lex non est posita, formidine p œnę posita tamẽ est virtutis amore. Quãobrẽ, inquit, Apostolus ad Rho manos, principes nõ sunt timori boni operis, sed mali, vis autẽ nõ timere potestatem, bonũ fac, & habebis laudem ex illa, Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malũ feceris, time: non enim sine caussa gladiũ portat, Dei enim minister est vindex in iram ei qui malum agit. Ideòque necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Lex autem Mosaica iram operatur. Contrà Euangelicam gratiam. Sic & Mosaicæ legis, atque peccati seruitus Euangelicę libertati opponitur. Quare vbi Euangelium regnat, ibi libertas viget, qua in Christo liberi sumus, & seruitute legis, peccati inferni, & Sathanę liberati. At hæc libertas nõ excludit cõstitutiones suas, cõstitutiones ecclesię, cõstitutiones spiritus, quę vnus spiritus in omnibus operatur, quin imò tute ad lapidem impingis, tute, quod obijcis, nobis, iritum facis, summáque petulantia transgrederis: Hæc inquam omnia, quorum nos reos agis, in te quadrant, & resiliũt, qui sacramẽta Dei omnia partim spernis, partim pueritis, partim cõculcas, qui scripta Canonica alia ad tuam perniciem detorques, alia funditus euertis, qui nil syncerũ, nilque sanum, nil cãdidũ admittis, quin aliqua labe hæreseos contamines. Eucharistiã quot hæresibus infecisti? Confessionẽ nõné rides? Matrimoniũ nõné sacramentum esse negas? Nonné extremam vnctionem planè explodis. Baptismum certè, Confirmationem, & Ordinẽ, atque Primatũ Petri, & potestatẽ Ecclesiasticã quãta iniuria affeceris, luce meridiana iã clarius apparet. Neque dubitas etiam Characterem ab illis auferre? Character inquis, res ficta est, quam ignorat scriptura, neque potest aqua tale signũ imprimere in anima, O hominem post homines natos peruersissimũ & impijssimum, Tuné audes expressum Dei mandatum peruertere? Tuné ecclesiam argueres, quæ hactenus semper credidit in sacramentis imprimi animæ quoddam signaculum, quod character nominatur, scilicet in Baptismo, Cõfirmatione & Ordine, putas tu Ecclesiam tradere, quod aqua tale signum in animã imprimat, Deus est, qui imprimit ad præsentiam aquæ baptismalis, assistente sua omnipotentia sacramentis. Qua in re longè Iudæos superamus, qui cum haberent signaculum carnis, nos accepimus signaculum spiritus sancti. Quocirca Apostolus ad Corinthios, inquit, Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos Deus, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Et ad Ephesios, Ne cõtristetis spiritum sanctum Dei, per quem obsignati estis in diem redemptionis. Proinde Augustinus ad Donatum, inquit, Et vos oues Christi estis, characterem dominicum portatis in sacramẽto, quod accepistis. Idem super Ioannem, Characterem imprimi in baptismo, confirmatione, & ordine docet, & vetat hæc sacramenta iterari. Imò etiam de Vnctione extrema, an iam liceat iterare. Pius

De charactere

Obiectio.

Solutio.

secundus acerrimè disputauit antequam moreretur cum Laurentio Fouerella Episcopo Ferrariensi theologo doctißimo, qua semel Pius inunctus fuerat, dum Basileæ pestilentia grauißimè ægrotaret. Itaque Baptismus claret ex Matthæo capite vigesimo octauo. Confirmatio ex Actis Apostolorum octauo cap. Eucharistia ex Matthęo vigesimo sexto. Pœnitentia ex Ioanne vigesimo. Extrema vnctio ex Iacobo quinto. Ordo ex Apostolo in prima Epistola ad Timotheum quarto. Matrimonium ex eodem Apostolo ad Ephesios quinto, Ecclesiæ auctoritas ex Matthæo decimo octauo, & Lucæ decimo. Primatus Petri ex Matthæo decimosexto, & id genus alia, de quibus hactenus ea qua potui breuitate abundè satis disserui, firmißimis sacræ scripturæ testimonijs & Ecclesiæ autoritate, vsqueadeò declarata & roborata sunt, vt ne rimula quidem tibi vlla reliqua sit, per quam elabi poßis. Quid ergo, inquis, dices ad illos exorcismos, & benedictiones aquarum, vini, panis, olei, salis, candelarum, cæræ, templorum, altarium, cœmiteriorum, murorum, pauimentorum, palmarum, ornamentorum, vestium, mitrarum, calicum, patenarum, & id genus aliorum necromantiæ operum? Putas tu hæc exorcisata, &, vt aiunt, benedicta plus habere virtutis aut efficaciæ, quàm non benedicta? Hic error, quem te video, Neopiste, arripuisse, non est nouus, sed ab hæreticis se flagellantibus appellatis, originem traxit: Cuius successores VValdenses, VVicklefaitæ, & Lollarditę fuêre. De Exorcismis sacræ literæ abundè satis Actuū decimo nono. Lucæ decimo, vndecimo, decimoseptimo, Marci vltimo, agunt. Hinc est, quòd Augustinus libro decimo de ciuitate Dei, capite vigesimo secundo ait: Vera pietate, inquit, homines Dei aëream potestatem, inimicam, contrariámque pietati exorcizando eijciunt, non placando. Omnes tentationes, aduersitatésque eius vincunt, orando, non ipsam, sed Deum suum aduersus ipsam. Non enim aliquem vincit aut subiugat, nisi societate peccati. In eius ergo nomine vincitur, qui hominem assumpsit, egitq; sine peccato, vt in ipso sacerdote ac sacrificio fieret remißio peccatorum. Hæc ille. Nonné in libro Numerorum de Zelotypia mariti aduersus vxorem, aquæ sanctæ mentio fit? Nonné hæc maioris efficaciæ fuit, quàm aqua non benedicta? An verò hic exorcismus diabolicus erat, & non potius diuina pietate plenus, voceq; diuina prolatus? Nonné libro nono capite trigesimo tertio Historiæ Tripartitæ legitur, Marcellum Apimiæ Episcopum, cùm Iouis templum iussu Theodosij Imperatoris nulla vi propter dæmonis præsentiam destrui posset, præmissa oratione facto in aqua signaculo crucis, quendam Diaconum suum Equitium fide & zelo munitum, sumere iussisse aquam & velociter currere, & cū fide aspergere, ignemq; supponere, qua re peracta, dæmonem non ferentem aquæ virtutem aufugisse? Non frustra Nazianzenus inquit, ne ipsa quidem indumenta sacerdotalia, vel ministerij vasa, cuilibet contingere saltem, aut contrectare fas esse. Idem sentit Hilarius, idem Hieronymus. Aqua præterea benedicta Sanctus Fortunatus coxam Gotthi cuiusdam fra-

De exorcismo quæstio.

Responsio.

ctam solidauit, Pathonius Eremita benedicto oleo sanauit letaliter ægrotum hominem. Eodem sanctus Eustachius restituit cæcos. Pane benedicto quondam energumenus quidam siue obsessus liberatus fuit. Multa in vita Cuberti de benedictione cibi & potus leguntur. Chrysostomus de ornamentis templorum, parietum, de aureis & argenteis vasis multa scribit. Et Augustinus de Vtensilibus Ecclesiæ & oratorijs multa agit. Aquæ lustralis meminit Victor Vticensis. Augustinus docet paruulos esse exufflandos & exorcizandos, vt pellatur ab eis diaboli potestas. lib. ad Catechumenos. Et Areopagita tã exufflationis, quàm exorcismi meminit. Nonnè verò Apostolus ad Timotheum docet, omnẽ creaturam sanctificari per verbum Dei & orationem? Hæc & id genus alia effigie veteris Ecclesiæ, & Biblicis annotationibus ad amussim excussimus. Argumenta autem quibus hac oratione vsi sumus in depellendis tuis scelestis atque nefarijs opinionibus, non dubitamus, quin iam demum tibi satisfaciant, quæ omnibus bonis Catholicis & pijs viris non possunt non satisfacere. Sin minus, illud Apostoli ad Titum tibi respondebimus: Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciẽs quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cùm sit proprio iudicio condemnatus. Item Christus loquens de fraterna correctione, inter alia inquit: Dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Item Apostolus ad Thessalonicenses: Denunciamus vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis. Ioannes in prima sua epistola ait: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dixerit illi aue, communicat operibus eius malignis. Idem cùm in balneis Cherinthum hæreticũ reperisset, mox exilijt ad discipulos dicens: Fugiamus hinc, ne & balneæ ipsæ nos corrumpant, in quibus Cherinthus lauatur veritatis inimicus. Deinde Apostolus ad Corinthios: Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui, vt præsens eum, qui sic operatus, in nomine Domini Iesu Christi, congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute Domini Iesu, tradere huiusmodi Satanę in interitũ carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. Ita ad Timotheum, Tymeneum, & Alexandrum tradidit Sathanæ, vt discant non blasphemare. Petrus Ananiam & Saphiram pro defraudatione precij agri non solùm excommunicauit, sed quoque sententia mortis damnauit, & tibi pestilentissimo homini parcendum esse putas? Ananias & Saphira à principio nascentis Ecclesiæ, propter pusillum pecuniæ à Petro morte mulctati sunt, & hæretici tot animas defraudantes impunè tolerabuntur? Sanè non frustrà Cyprianus vetat cum hæreticis loqui, & Hieronymus docet resecandas esse putridas carnes.

De excommunicatione.

Et August. Hoc genus hominum per Imperatoriam curã corrigi debere,

qui etiam super Ioannem prolixè satis probat Imperatores & principes Catholicos bene facere, quòd aduersus hæreticos & infideles gladio vtantur. Et ibidem inquit, Nullus nostrum vult aliquem hæreticum perire, sed aliter non meruit habere pacem domus Dauid, nisi Absalon filius eius in bello esset extinctus: sic Ecclesia, si aliquorum perditione cæteros colligit, dolorem materni sanat cordis tantorum liberatione populorũ. Sic Theodosius & Valentinianus Imperatores hæreticos vltimo supplicio tradẽdos decreuerunt. Sed inquis, permisit Dñs zizania crescere ad messem, quæ est finis seculi. Addit Neopiste, Christus, Ne fortè colligẽtes zizaniã eradicetis simul cum eis & triticum. Quid metus igitur iste, vt Augustinus contra Parmenianum ait, nõ subest, id est, quando ita crimen cuiuscunque notum est, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorsus, vel nõ tales habeãt defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplinæ. Hæc ille. At enim obijcis Apostolum ad Corinthios, Oportet hæreses esse, vt ij qui probati sunt manifesti fiant. Verùm locũ hunc Chrysostomus aliter declarat, & non ad hæretica refert, sed ad cõtentiones, schismata, & desidia. Ita enim Apostolus loquitur. Cæterum, inquit, si quis videtur contentiosus esse, nos eiusmodi consuetudinem non habemus, neq; Ecclesia Dei. Illud tamen præcipiens non laudo, quòd non in melius, sed in deterius conuenitis. Nam primum quidem cùm conuenitis in Ecclesia audio dissidia in vobis esse, & aliqua ex parte credo. Oportet enim & sectas in vobis esse, quo qui probati sunt manifesti fiant inter vos. Igitur cùm conuenitis in eundem locum, non licet dominicam cœnam edere, quòd vnusquisq; propriam cœnam occupat in edendo. Et hic quidem esurit, ille ebrius est. Nunc sanè domos non habetis ad edendum & bibendum? An Ecclesias Dei contemnitis, & pudefacitis eos, qui non habent? Quocirca paulòpòst præcipit, vt seipsum homo probet, & sic de pane illo edat, & de poculo illo bibat. Nã qui edit et bibit indignè, iudicium sibi ipsi edit & bibit, non dijudicans corpus Domini. En ad concordiam & mutuam dilectionem illos cohortatur, ne alter alterum contemnat, ne factiones & sectæ in illis vigeant, sed vt respectum habeant cœnæ Dominicæ, & cogitent quamobrem instituta sit, & quid in ea cõmemorandum, videlicet passio Domini, qua omnes pares sumus in Christo, Christi mẽbra existentes, & quam ille propter summam erga nos charitatem passus est, vt non vicissim alter alterum diligeremus. Quocirca etiam mandatum nouum nobis dedit, vt nos diligamus inuicem, sicut ille dilexit nos. Qui id præstare non vult, Christum odit, & sic cœnam illam in iudicium & perniciem suam sumit. Videas tandem quidnam Chrysostomus dicat. Hæc esse, inquit, hoc in loco doctrinæ non intelligit, sed horum dissidiorum. Quod si doctrinæ diceret, ne sic quidem ansam præbuisset. Nam & CHRISTVS inquit, Necesse est, vt veniant scandala; attamen neque liberi arbitrij libertatem his verbis tollit, neque necessitatem aliquam & violentiam vitæ imponit.

Sed.

Hæretici necã di. — *Obiectio.* — *Solutio.* — *Obiectio.* — *Solutio.*

Sed quod proculdubiò ob prauam hominum mentem futurũ erat, prædixit, quod quidem futurum erat, non propter ipsius prædictionem, sed propter eorum, qui curari non poterant, voluntatem. Non enim quòd hæc p̃dixerit, idcirco hæc facta sunt, sed cùm proculdubio futura essent, ideo prædixit. Nam si necessitatis essent scandala, & non voluntatis eorum, qui ea mouent, superfluum esset, quod dixit, Væ homini illi, per quẽ scandalũ venit. Sed hoc apertius in suo loco disputabimus. nunc ad propositum venire necessarium est. Nam quòd de his hæresibus dixerit, quę circa mensas fiebant, & de huiusmodi contentione & seditione, ex sequentibus palàm fecit. Nam cùm dixisset, Audio dissidia esse in vobis. non hic constitit, sed ostendens quæ dissidia diceret, prosequẽs inquit, Vnusquisque suam cœnam præsumit ad manducandum. Et iterũ; Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut Ecclesiã Dei contemnitis? Sed quòd de his dicat, perspicuum est. Quòd si dissidia hæc appellat, noli admirari. Nam, vt dixi, hoc verbo eos impellere vult. Quòd si in doctrina esset dissidium, non tam placidè eis allocutus esset. Audi quæso, cùm contra hoc dissidium loquitur, quàm vehemens sit, quàm cautus, quanta vtatur reprehensione. Cautus quidem cùm dicit, Sed licet nos aut angelus de cælo euangelizet vobis, præterq̃ quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Increpat autem cùm dicit, Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis, & nunc quidem canes appellat corruptores dicens, Cauete canes: nunc autem habentes cauterio notatam conscientiam. Et iterum angelos diaboli. Sed in hoc loco nihil tale locutus est, sed placidè & remissè. Quid autem significat, vt qui probati sunt manifesti fiant in vobis? vt maiorem in modum clari euadãt. Cuius sententia eiusmodi est, quòd immutabiles & firmi, nõ modò nihil offendũt, sed clariores apparent. Illa enim particula, vt, non causalis est, sed etiam nonnunquam rerum euentum significat, in qua significatione à Christo posita est, cùm dixit, In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui nõ vident videant, & qui vident cæci fiant. Ita & Paulus de lege disputans, inquit, Lex autem subintrauit, vt abundaret delictum. Sed non propterea lex data est, vt augerentur peccata Iudæorum: sed id euenit. Neque Christus propterea venit, vt qui viderent cæci fierent, sed contrà: Contigit autem id. Ita & in hoc loco intelligendum est, vt qui probati sunt manifesti fiant. Non enim propterea factæ sunt hæreses, vt probati manifestarentur, sed cùm huiusmodi hæreses fierent, id contigit. Hæc autẽ dixit pauperes consolatus, vt magno animo eum contemptum tolerarent. Ideo non dixit, vt probati fierent, sed qui probati sunt, manifesti fiant: significans eos antea tales fuisse, & mixtos cum multitudine, & à diuitibus ad iutos non multum apparuisse. Nunc autem seditio ipsa & cõtentio manifestos eos fecit, quemadmodum gubernatorem tempestas ostendit. Et nõ dixit, vt vos probati manifestaremini, sed vt qui probati sunt manifestati fiant, hoc est, qui in vobis. Neq; enim accusando eos manifestat, vt impudentiores fiant, neq; laudat, ne languidiores. sed suspẽdit sermo-

nē,& hunc & illum,singulorum conscientiæ verba sua accommodans. Neq; pauperes tantùm hoc mihi in loco videtur cōsolari,sed etiam qui nō aboleuerunt cōsuetudinem: etenim adhuc esse poterant,qui eā seruarent. Quare,inquit,Et ex parte credo. Meritò igitur eos probatis, inquit,qui non tantùm cum alijs seruauerunt consuetudines,sed sine illis quoq; hanc bonam legem seruarūt. Facit autem hoc,quòd his laudibus & alios & hos annitatur promptiores efficere. Deinde eius peccati genus memorat. Quidnam id est? Conuenientibus vobis in vnum, inquit, iam non est dominicam cœnam manducare. Vides quàm reprehensiuè, & narrationis modo consulit. Aliam,inquit,conueniendi formam res postulat. Nam amoris est & fraternæ dilectionis: vnus enim vos omnes locus accipit,& simul congregamini, mensa autem non est similis conuentui. Hæc ille. Vnde satis constat, locum illum Pauli non ad hæreses doctrinæ pertinere,sed ad dissensiones, quæ amori fraterno repugnant. Hinc etiam liberi arbitrij facultatem, quam supra negabas,intelligere potuisti. Nihil ergo obiectiones tuæ faciunt,quo minus hæretici è medio tollendi sint, sed etiam id sequitur potius, quòd Ecclesia planè statuit,scilicet cum hæreticis non esse disputandum, quod Gelasius Papa his verbis expressit. Maiores,inquit, nostri diuina inspiratione cernentes necessariò præcauerunt,vt quod contra vnamquamq; hæresim, coacta semel synodus pro fide, communione, & veritate Catholica, atque Apostolica promulgasset, nō fineret nouis posthac retractationibus mutilari, ne prauis occasio præberetur,quæ medicinaliter fuerant statuta pulsandi,& ea quæ sequuntur. Idem voluit Martianus imperator. Iniuriam, inquit, facit iudicio reuerendissimæ Synodi, si quis semel iudicata ac rectè disposita, reuoluere & publicè disputare, contenderit. Propterea Chrysostomus, inquit, Audi homo fidelis, qui contra hæreticum libenter contendis. Si Pharisæi placati sunt, & tu certando contra hæreticum potes eum placare,si eum viceris. Si tamen Pharisæi victi quidem sunt, placati autem non sunt, quomodò tu poteris eos placare, cum viceris? Nunquid Christo fortior es? vt quos ille non placauit, tu places? præterea Origenes, inquit, proprium est Saducæorum, & omnium qui mendacij sunt doctores, obmutescere quidem, non autem tacere. Nam etsi obmutescunt quantum ad rem, non tamen tacent.

Frustra ergo cum hæreticis teritur tempus,frustra laboratur,subuersus enim est,& proprio iudicio condemnatus, Sathanæ traditus: proinde exemplum Ananiæ & Saphiræ in illos statuēdum est, carnes putridæ rescindendæ. Sed inquis, secus Bernardum Eugenio suadere, vt eos quidem aggrediatur,at verbo,non ferro. Quos? Hæreticósne? Erras,si istos putas. Bernardus ibi describit Euriam pontificiam, & in ea dicit esse dracones & scorpiones, inuisos terræ & cœlo, impios in DEVM, temerarios in sancta, seditiosos inuicem, æmulos in vicinos, inhumanos in extraneos: quos neminem amantes amat nemo, & cùm

Obiectio. *Solutio.*

timeri

timeri affectant ab omnibus, omnes timeant necesse est. Hi sunt, qui subesse non sustinent, præesse non nôrunt: superioribus infideles, inferioribus importabiles. Hi inuerecundi ad petendum, ad negandum frontosi: Hi importuni vt accipiant, inquieti donec accipiant, ingrati vbi acceperint. Docuerunt linguam suam grandia loqui, cùm operentur exigua: largißimi promissores, & parcißimi exhibitores: blandißimi adulatores, & mordacißimi detractores: simplicißimi dißimulatores, & malignißimi proditores. Et paucis interpositis: Quid ergo tu? Euigiláſne adhuc ad istos, qui circumdederunt te laqueis mortis? Quæso sustine paulisper, & supporta me. Imò da veniam, non tam temerè quàm timidè hæc loquenti. Aemulor te æmulatione bona: & vtinam quàm vehementi tam vtili. Scio vbi habitas, increduli & subuersores sunt tecum: lupi, non oues sunt: talium tamen tu pastor. Vtilis consideratio, qua fortè inueneris quomodo, si fieri poßit, conuertas eos, ne ipsi subuertant te. Quid diffidimus posse reuerti in oues, è quibus in lupos verti potuerunt? Hic, hic non parco tibi: vt parcat Deus. Pastorem te certè huic populo aut nega, aut exhibe. Hæc ille ad verbum. Vnde manifestè apparet, Bernardum non de hæreticis loqui, sed de populo Rhomano. Quid tam notum, inquit, seculis, quàm proteruia & fastus Rhomanorum? Gens insueta paci, tumultui assueta. Gens immitis & intractabilis, & vsque adhuc subdi nescia, nisi cùm non valet resistere. Et paulò antè, An non, inquit, limina Apostolorum plus iam ambitio quàm deuotio terit? An non vocibus eius vestrum tota die resultat palatium? An non quæstibus eius tota legum canonúmque disciplina insudat? An non spolijs eius omnis Italie inhiat inexplebili auiditate rapacitas? Hactenus Bernardus. Ecce nulla difficultate, quos putet, intelligis: non sanè hæreticos, sed populum Rhomanum, populum Italicum. Cur eos aggrediendos verbo, non ferro consulat, rationem addit. Quia in oues reuerti posse non sit diffidendum, è quibus verti potuerunt in lupos. Cur lupos, inquis, appellat? Nónne per lupos Paulus hæreticos intelligit? *Quæstio.* Bernardus ipsemet eos lupos patefacit esse Italicam rapacitatem. *Responsio.* Id non multò pòst nominatim exprimit. Vidimus, inquit, (vt oblata à pauperibus taceam, quæ tangere non acquiescis) Germanicos detinuisse saccos, sed precio non massa. Argentum reputatum est fœnum, summarij non leuati sarcinis, onusti nihilominus repatriant vel inuiti. Noua res. Quando hactenus aurum Rhoma refudit? Ex his Bernardi verbis satis intelligis lupos non hæreticos hic eum putare, sed auaritiam, ambitionem, & malitiam Rhomani populi, Quocirca frustra laboras, frustra te fatigas, frustra operam confers in hæreticorum vita & salute, eos scilicet non esse supplicio afficiendos, tuenda.

Sed mirum non est, te Hæreticorum tui similium causam, ne

quid

emissas Scythia Asiatica, per vniuersum imperium orientale? per domos Christianorum furialiter exultantes, ipsarúmque ducem confirmatum, hoc iudicio, spe plenum, lætitia gestientem, nunc hos ad cędē piorum, nunc ...os ad rapinam atque inflammationem ædium Christiani nominis deuocantem ferri? Coniuges è complexibus maritorum ad libidinē victorum rapi? Liberos ad stupra de gremijs parentū extorqueri? precio sam supellectilem asportari? tecta conflagrari ignibus? corpora cæsa passim iacere? Omnia denique gemitu fletúque redundare? Hæc est imago miserrimi imperij Orientalis, hæc futura est Occidētalis, quod à maioribus nostris florentissimum accepimus, & si prohibuerimus, clarum atque excellens vtrumque imperium posteris nostris tradituri sumus. Quòd si votis Thurcorū successus aspiret, quanta strage reliquorū Christianorum credis, aut quanto diluuio facultatum & publicarum & priuatarum ruituram fore, detestabilem horum atque execrandam impietatem? Etenim quā Rempu. non poterunt seruitio obruere, destrāgulandā penitus ac tollendā cogitabāt. Nonné iā Thurcus sedētibus Christianis, socordia & auaritia principum in Europam cum magno exercitu traiecit? Nonné Constantinopoli capta ac direpta Thraciam, Macedoniā, Thessaliā, Bœotiā, Achaiā, Epirum, Peloponnesum, Croatiam Bosnam, Seruiam, Lodomeriam, Clumaniā, Bulgariā, & vniuersam penè Pannoniā vi cepit: Reticeo duorum Imperatorum, Cōstantinopolitani scilicet & Trapezuntij, ac multorum Christianorum principum vna cū populis & nationibus interitum. Quid futurum adhuc non est, in obuiā sæuienti hosti terra ac mari itum fuerit? Si martyrium pro nomine Christi gloriosum est, vt quid igitur sceleratè, bellū aduersus commune Christiani nominis hostē vetas? Vetato igitur etiā aduersus Satanā sumere arma: atq; idcirco Paulū Apost. dānato. Considera quæso spretā religionē, prophanata templa, expoliata sacraria, cōminuta ac distracta Dei sanctorumq; omnium simulacra. Quid martyrum reliquiæ? nónne per contēptum ex abdytis (quos iam & tu accuratè imitaris) & sacrarijs auulsæ passim per vias, per compita, & immunda loca proiectæ iacent? Audire eorum voces certè nunc videor obsecrantium nos per sanguinem eius qui nos redemit, per martyria sua ad salutem communem tendentia, vt bellum hoc aduersus infideles & hæreticos suscipiamus, habituri ducem Christū ipsum, ac sanctorū opera & auxilio pro centurionibus & signiferis vsuri. Et quod illi obsecrant, tu negabis? Bellum hoc certè habemus honestissimū pro pijs contra impios, pro iustis & bonis, contra iniustos & malos, pro modestis cōtra immodestos & intemperantes: Pugnaturi nimirum sumus Deo ipso duce, quem spernunt hostes, quem negāt, quē tollunt è medio quoad fieri potest, Mahometum perfidæ sectæ & spurcæ autorem sequentes. Id ergo quo minus fiat, tu consulere non dubitas? Quid aliud agis, quàm quòd Mahometum pluris facias quàm Christum? Quid aliud moliris, quàm vt reponas huius sceleris libidinem in diripiendis omnium Christianorum facultatibus, atque opprimenda

P Eccle-

Ecclesiæ & imperij libertates: Quid aliud paras, quàm huic sceleri tetrimas coniugum ac liberorum vexationes? Quid aliud in hoc scelere versabitur, quàm faces inferendæ Christianis penatibus? quàm expilationes ædium? quàm stupra virginum? quàm luctus & mœror miserabilis vniuersæ Europæ? Cuius rei exemplum in Germania, Gallia, Anglia, Scotia, Dania, Sarmatia, horrenda iam statuisti. Si verò non liceret bellum gerere, vt quid igitur Ioannes militibus præscribit legens? Neminem, inquit, concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris? Cur Paulus ad Rhomanos ait: Time principem, non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in irâ ei qui malè agit. Cur Constantinus Imperator Christianissimus, accepto cœlitus signo crucis arma in hostes gessit. Cur Antiochus Soteris in figura Pentagoni insignem victoriam contra hostes reportauit? Idem fecit Theodosius Imperator, idem omnes Christiani principes, gladiũ portantes. Hinc est, quod Augustinus ad Bonifacium comitem ait: Vtile, inquit, tibi tuisq; consilium dabo. Arripe manibus arma, oratio aures pulset autoris. Et, noli æstimare neminem Deo placere posse, qui armis bellicis ministrat: in his enim erat sanctus Dauid, cui Dominus magnum testimonium perhibuit. Item contra Faustum: Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, vt suscipiendi belli autoritas, atque consilium penes principes sit. Principibus dicitur: Eripito pauperem, & egenum de manu peccatoris liberato. Itaque licet visitet iniquitates nostras Deus per Thurcum, non sequitur tamen illi resistendum non esse. Ita sæpe visitauit Deus peccatum Iudæorum per alios reges & nationes, non tamen quòd restitissent reprehensi sunt. Ita Deus visitauit orbem fame, non tamen idcirco Ioseph apud regem Aegypti malè egerat, quod ingruenti fami occurrisset, imò id etiam diuinitus per somnia regis insinuatum fuit. Ita pestis tempore, aliorumq; morborum, omnis medicina fugienda esset. At honorandum esse medicum sacræ literę docent. Ita claudi, cæci, à dæmonibus vexati, & varijs morbis affecti quoque peccassent, quòd à Christo, ab Apostolis petijssent pristinæ restitui sanitati. Frustra deinde & arma instituta essent diuinitus, frustra remedia, frustra herbas in vsum ægrotorum, & id genus alia terra emitteret: si aut hostibus, aut morbis, & id genus alijs calamitatibus resistere non liceret. Vult quidem spiritus Domini visitare quorundam iniquitatem, sed ideò non vult omnes ad internecionem perire. Sic visitauit iniquitatem Saul per Philistęos, quibus resistens vnà cum filijs & viris suis occisus est, non tamen idcirco vniuersus Israël perijt, imò facta cæde habitatores Iabes Galaad cadauera Saulis & filiorum eius de muro Bethsam Philistæorum, vbi suspensa erant, auferentes eripuerunt. Neq; verò nego orationibus esse aures domini pulsandas: hinc autem non sequitur, arma sumenda non esse. Moses quidem orabat in monte, Amalech tamen vincebatur gladio Iosue.

Orent

Orent qui domi manent: milites in Thurcos armis vtantur. Quod porrò ad locum Matthæi attinet, consilium est, non præceptum, & quidem consilium priuatæ, non publicæ rei. Si quid nimirum alicui in re priuata contingat, & perfectus esse velit, tunc adactus ad milliarium vnum, abeat duo, tollenti tunicam dimittat & pallium. Si quid autem Rempublicam & maximè honorem Dei concernit, hic minimè quicquam dissimulandum est, longè minus tolerandum: sed cum Machabæo, cum Constantino, cum Theodosio, cum Carolo, Alfonso, Ferdinando, infidelibus resistendum, infideles expugnandi, populandi, destruendi, & imprimis hæretici omnibus modis persequendi, exterminandi, atq; vltimo supplicio exemplo Ananiæ & Saphiræ afficiendi. Nam si hi morti addicti fuerunt, qui mentiti sunt Spiritui sancto, quia fraudauerant de precio agri, quantò magis illi, qui mentiuntur Spiritui sancto, & fraudant de precio animarum, pro quibus CHRISTVS mortuus est, & eas precio sanguinis sui redemit. vt ad Corinthios testatur, è medio tolli deberi. Te autem, Neopiste, hæreticum esse, id quod planum facere hac oratione potissimum suscepimus, non negabis: cùm constet te hæreticorum iam olim sopitas, & sepultas hæreses, hodie resuscitasse, & in Ecclesiam Dei reuexisse: videlicet Simonem Magum, cum Nicolaitarum turpitudine, docentem promiscuū fœminarū vsum esse licitū: Menandrū patrē Anabaptistarū: Hidroparastas autores eorū, qui Rhomanæ sedi obedientiā negant: Saducæos & Aërios, negātes suffragia viuorū prodesse demortuis, & docentes oēs sacerdotes esse pares, nullūq; esse inter illos discrimen: Artemonē diuinas scripturas corrūpentē, & legē atq; Prophetas abnegātē: Luciferianos Cōcilia respuētes: Hebionitas, sacras scripturas reijcientes: Montanum, Ecclesiā Dei blasphemantem: Cataphrigas sibi duntaxat donū Spiritus sancti vsurpātes: Martianū, omnia in opinione ponentē: Samosatenū, ab Ecclesia Psalmodiam excludentem: Flagellantes se hæreticos, & Hollādos atq; VVessalianos, qui oēs benedictiones factas super vinum, panē, & aquā, oleū, & sal, & cetera, Ecclesiæ muros, aut pauimenta, vestes, mitrā, calices, & alia similia, esse merè opus necromantiæ potius, quàm verę, & Christianæ pietatis asserebant, & Ecclesiam errare posse docebant: Abailardū, omniū doctorū sanctorū sentētias, suo ingenio cōfisus iā cōtemnentē, Prædestinatos negantes bonorū operū merita: Valentinū & Apellē, fidei nullā habentē rationē, & sacrificiū, oblationē, & pſentiam corporis Christi, atq; trāsubstantiationē in Eucharistia negantē: Helchesaitas, pro suo arbitrio sacris literis vtentes, easq; cùm displicēt reijcientes: Nyctages, reliquias ridentes: Vigilātium, inuocationē sanctorū, & reliquiarū virtutē negantē: Basiliū, patrem Iconomachorū: Iouinianū, sacrophagū, & asserentem pares eiusdēq; meriti esse nuptias, & virginitatē: Encratitas, nuptias, & ieiunia peruertentes: Quintilianos, q oēs Christianos sacerdotes esse voluerūt, & ideo æquè mulierē aut puerum absoluere: Græcos hæreticos, docētes

Neopistus hæreticus esse.

P 2 Con-

Confirmationē non esse sacramētum, & quòd nō possit in azimo pane confici sacramentum, quodq; non debeat aqua in calice vino m sceri, & necessariò esse sub vtraque specie communicandum, atq; vnctionem extremam nihil prodesse infirmis ad salutem coporis, & simplicem, fornicationem non esse peccatum, & non esse purgatorium. Iacobitas, dicentes, non oportere sacerdoti confiteri, sed soli Deo. Arma canum, docentem infimum quemq; sacerdotem posse in absentia Episcopi exercere mundi Episcopale. Nouatianos satisfactionē negātes. Manichęos negantes ex pane confici posse corpus Christi, & bellum gerere nullo pacto licere affirmantes. Messationes, asserentes Eucharistiam sumentibus nec prodesse, nec obesse. Aëtium docētem nullum peccatum, quantum liber grave imputari homini habenti fidem. Armenos, negantes in nuptijs aliquod esse sacramentum, neque conferri gratiam. Vuiclefuitas, negantes Missæ sacrificium fundari in scripturis, & applicari posse viuis & defunctis, & excommunicationem ridentes. Lamperianos, omnia vota damnantes, Florianos cœlibatum contemnentes, & quas vellent mulieres in Ecclesia, post occasum solis extinctis lucernis promiscuè accipientes, cumq; eisdem se miscentes Beguinos & Bogardos asserentes osculum quidem peccatum esse ad carnalem critum, vicente carnis libidine non esse peccatum. Donatum, negantem intra Ecclesias bonos esse & malos, sed asserentem solos duntaxat bonos ad illam pertinere. Rogatistas, dicentes bonos ex communione malorum inquinari, Pseudoapostolos, immunitatem Ecclesiarum negantes. Vadianos siue Antropomorphitas, seipsos ab Ecclesia se separantes, quod dicerent nō licere Episcopis, & Ecclesiasticis vllas diuitias possidere, nec agros, nec possessiones vllas. Vualdenses negantes indulgentias, & templa atq; basilias martyrum contemnentes, & exorcismos omnes ab Ecclesia tollentes: Sagarellum, negantem decimas esse sacerdotibus persoluendas, & Annatas reddendas Pontifici Rhomano. Bardesanem, liberum arbitrium negantem. Pelagium, orationes & horas Canonicas inutiles esse prorsus, nulliusq; virtutis asserentem. Quasi verò hæreses quas recitasti huic nostræ ætati conueniant: quis obsecro hodie ita sentit? Quis verò?

Quæstio. Plurimi sanè. Quemadmodum enim Simō Magus autor fuit omnium in *Responsio.* Christi Ecclesia hæreticorum, ita his turbulentis temporibus Lutherus instaurator extitit. Nónne id copiosissima arbore nuper Staphylus patefecit? Martinus inquit, Lutherus è monacho Augustinensi seditiosus Apostata. Nouorū dogmatum assertor impius & impudentissimus. Omnium protestantium pater: sectarum omnium quæ hodie abundant fons & origo. Nostri temporis archihæreticus Huius sobolē & progeniem Bernardum Rothmannum laicum indoctum: Zuinglium è pastore militem: & Philippum Melanchtonē Lutheri primū asseclā, postea omni vita varium ac inconstantem, semper discentem, iuxta Apostolum, nunq̄ aūt ad veritatem peruenientē appellat. Bernar. ille Rothmānus, inq̄t, quū Lutheri epistolā ad Vualdēses legisset, è Lutherano fit Anabaptista:

Lutheri soboles & progenies.

ptista: à quo hæc viperarum genimina pullulârunt.

1. Adamitæ qui Adæ innocentiam se imitari dicunt: in syluis vagantur, & nonnunquam prorsus nudi, sicut Adam & Eua.

2. Stebleri, qui docent, quòd scriptura vetet portare gladium & per&: item quòd non liceat Christianis accusare in iudicio.

3. Sabbatarij, qui Sabbatum more Iudæorum colunt diem Dominicam aspernantur, solùmque patrem inuocant.

4. Clancularij, qui existimant sibi licere, si rogentur suam fidem negare: palàm confiteri non esse opus. Hi nulla templa intrant, domi se, suósque docent, aut in hortis conueniunt. Vulgo fratres hortẽses vocãtur.

5. Manifestarij, qui aiunt impium esse, cùm rogentur, se negare Anabaptistas. In Prussia hoc sectæ genus frequens est.

6. Dæmoniaci, qui credunt etiam dæmones, sicut quondam Origenistæ, saluatum iri post finem huius seculi.

7. Communia habentes, qui & vxores & liberos, & omnia sibi in Repub. communia esse debere arbitrantur. Hi sibi dicunt inuicem: concupiscit spiritus meus carnem tuam, veni itaq; & faciamus mirabilia. Vide Sleidanum de bello Monasteriensi.

8. Condormientes, qui iubent præ nimio noui Euangelij amore, debere viros & fœminas, iuuenes, & iuuenculas vno in loco & conclaui, & viuere, & in eodem cubiculo dormire. Sic quondam in Burgundia, & in Bohemia, deinceps Grubenheimeri faciebant, qui extinctis luminaribus dicebant ad omnes, promiscuè: Crescite & multiplicamini.)

9. Eiulantes, qui putant nihil esse deuotionis quòd perinde gratum sit Deo, atque lachrymari ac eiulari perpetim. In Belgio superiore horũ ingens prouentus est.

10. Georgianidauidici, qui anno 1525. in Frisia exorti sunt, negant esse diabolum, negant carnis resurrectionem. Vide Sleidanum.

11. Mennonitæ, qui negant Christum sumpsisse ex sacratissima virgine Maria carnem.

12. Polygamistæ, qui docent, licere vni viro habere vxores plures eodem tempore. Item licere fratri vxorẽ viui fratris ducere. Vide Sleidan.

Porrò Zuinglius, inquit, quum Lutheri Assertiones, Resolutiones, ac item librum de formula Missæ perlegeret, de repente prodit Sacramentariorum pater, fœcunda quoque ac multiplici progenie nobilis.

Ab hoc enim promanasse ait Lutherus in sua parua confessione de Cœna Domini octo Sacramentorum sectas. Melanchthon verò in suis ad Comitem Palatinum literis sex alias recenset. Communiter verò sunt ea quæ sequuntur.

1. Significatiui, qui affirmant non varium corpus esse in cœna Domini, sed corporis signum tantùm. Ita Zuinglius scribit in multis suis de Cœna Domini libris.

2. Tropistæ qui aiunt figuram corporis esse in cœna Domini, non verum corpus. Ita docuit Oecolampadius.

Quòd ergo Christus dicitur ad infernum descẽdisse, de ipsius sepulchro intelligendum esse. Ita docent pleriq; in maritimis ciuitatibus, Bremæ, Hamburgi, Lubecæ & alibi. Ita quoque non obscurè sentire videtur Brentius in suo magno Catechismo.

4. Infernales alij, qui affirmant Christum non modò descendisse ad inferos, sed æternos quoq; inferni cruciatus ibi perpessum esse. Ita præter alios docet quoque Caluinus in suis institutionibus.

5. Antidæmoniaci, qui negant esse diabolum & malos spiritus, nec vllas esse incantationes aut maleficia per dæmones concitata. Ita docent Georgianidauidici & Andreas Osiander.

6. Amsdorfiani, qui affirmant bona opera ad salutem homini esse perniciosa. Ita scribit Nicolaus Amsdorff in libello cui titulus est. Bona opera esse perniciosa ad salutem. Ita & Flacciani & multi alij Saxonici Concionatores docent & scribunt.

7. Antadiaphoristæ, qui nullas volunt esse in Ecclesia cæremonias antiquas, nullam Episcoporum iurisdictionem. Ita Illyricani seu Flacciani in multis editis libris contra VVittenbergenses Adiaphoristas.

8. Antosiandrini, seu Osiandromastiges, qui negãt quidem hominem ea iustitia, qua Deus ipse iustus est essentialiter, iustum fieri, sed imputatiuè, id est, vt Illyricus glossat, non re ipsa, sed verbo tantùm iustum pronunciari. Quatuordecim Lutheranæ Ecclesię scripserunt cõtra Osiãdrũ, sed q̃libet illorũ aliã iustitiæ definitionem, alijsq; prorsus cõtrariã afferebat. Vide Functium contra Staphylum de origine Osiandrinæ litis.

9. Antisuencfeldiani, qui oẽm fidei Christianæ causam rationemq; ponunt in vocali ministerio suorum concionatorum. Illyricus in aliquot scriptis contra Suencfeldium.

10. Anticaluiniani, qui tametsi rectè asserunt realẽ præsentiã Dominici corporis in cœna Domini, tamen falsò negant transelementationem, & adorationem: falso asserunt, extra vsum non esse sacramentum. Ioachimus VVestphalus in sua responsione contra Caluinum & multi alij.

11. Manusimpositorij, qui laicalem impositionem manuum volunt esse Sacramentũ. Grassatur hæc secta in Saxonia & Pomerania, & in ciuitatibus maritimis. Vide Illyricum contra Iustum Menium.

12. Bisacramẽtales, q̃ tm̃ duo admittũt sacram. Ita docẽt Cal. & Flacci.

13. Sacerdotales, qui docent, quòd & viris & mulieribus, laicisq; hominibus liceat in Ecclesia Dei, verbũ Dei p̃dicare, Sacramenta administrare, soluere, & ligare: omnes enim homines, æqualiter esse sacerdotes, sacros ordines esse fabulam & commentum humanum. Ita Luther. lib. de captiui. Babylonica, & Illyricus in sua Apologia contra Iustũm Meniũ.

14. Inuisibiles, qui docent nullam Ecclesiam esse visibilẽ, siquidẽ solus Deus nôrit, qui sint ipsius. Ita Lutherus & Melanchthon initio, vt est in Apologia Augustanæ cõfessionis. Sed hunc errorem licet ipsi tacitè retractarint, eum nihilominus retinent Illyricani, Suencfeldiani, Osiandrini, Anabaptistæ.

Cæterùm

hostes (Papistas nimirum) inuadere possint atque superare. Ita scribit ac docet Melanchthon in suo contra Staphylum libro.

Vltimo, Extrauagantes, qui tametsi volunt pro Confessionistis haberi propter autoritatem principum, qui ei confessioni nomina dederunt re ipsa tamen longius vagantur à placitis Lutheri, quam cætara turba Confessionistarum. In has, quæ sequuntur, sectas partiuntur.

1. Suencfeldiani, qui iam cœperunt ipsi scindi in diuersas partes. Aliud enim de eisdem dogmatibus sentiunt Vratislauienses Suencfeldiani: aliud Suidnicenses, aliud Glogouienses. Ipse quidem vir erat non ita malitiosus, quam parum eruditus in vera Theologia.

2. Osiandrini, qui aiunt Christum iustificatorem esse humani generis iuxta solam ipsius diuinam naturam, exclusa humana: item hominem Christianum prorsus eadem iustitia, qua Deus essentialiter iustus est, iustum esse oportere, & alia huiusmodi inaudita tradunt dogmata.

Stancariani, qui contra Osiandrum vehementer vrgent & asseuerāt Christum esse iustificatorem iuxta solam naturam humanam, exclusa diuina. Ita Stancarus & publicè dixit, & scripsit contra Andream Musculum Francofordiæ ad Oderam.

4. Antistancariani, qui vt Stācari iustam opinionem refutarent, asseruerunt adeò Christum iuxta vtranque, hoc est, & diuinam & humanam naturam iustificatorem esse, vt non dubitent contendere, diuinam Christi naturam, vna cum humana in cruce mortuam esse. Ita Musculum sentire, editum ipsius de sententia Lutheri Schediasma testatur, & de eadē ista sententia Heluetiorum damnatio, sicut recenset scriptum Petri Statorij Galli, editum Anno. 1560. Pinczouiæ in Polonia

5. Nouipelagiani, qui Dicunt non esse in paruulis peccatum originale, sed esse morbū quēdam nō morte damnādum. Ita Zuinglius in libello de Baptismo cōtra Vrbanum Regium. Item quod præstantes viri ethnici, quamuis caruerunt vera fide venturi Christi, saluos tamen factos virtute legis naturæ. Idem Zuinglius ibidem & Lutherus Zuinglianis hoc exprobans in vltima sua confessione de Cœna domini.

6. Nouimanichæi, sunt & fuerunt varij autores Hoc seculo nostro. Primus Lutherus, Deinde Melanchthon & Caluinus, multique præterea alij. Amsdorfius. Illyricus, Gallus. Beza, VVestphalus. Docent, quod omnia tam mala quam bona, eueniant ex absoluta necessitate adeoque quod Deus sit non solum causa peccati permissiuè, sed effectiuè etiam. Lutherus in assertionibus & Resolutionibus. Melanchthon in Annotationibus in Epistolā ad Romanos. Caluinus in suis institut. Melanchthon hoc dogma retractauit post: Lutherus vero mansit pertinax in errore, quem etiam pertinaces sequuntur omnes Lutherani Rigidi. Illyricus, Amsdorfius, Gallus, & alij.

7. Manichæi & Marcionitæ Caluiniani, qui hæc ipsa quæ sequuntur, & in Deum, & in omnes creaturas blasphema spargunt, autore Ioanne

Aliud est quod volo. Ordiris nanque hanc orationem, quod à maioribus nostris factum sit, vt Pont. Max. & religioni & summæ Reipublicæ præesset. At Pontificij volunt, diuinitus, à Christo nimirum hanc potestatem fluxisse. Fortè non rectè exordium illud inspexisti. Ita enim habet, Cùm multa diuinitùs à maioribus nostris inuenta atque instituta sunt, tum nihil præclarius, q̃ quòd Pontificem, amplissimumq́ collegiū Rhomanum & religioni Dei immortalis, & summæ Reip. præesse voluerint. En non absolutè à maiorib. nostris, sed diuinitus ab eis id factū esse aio. Hoc tandē suo loco dilucidè & fusissimè declaratur. Nónne verò fol. 27. ais potestatē Imperatores quā in Pont. Rhomanū habebant remisisse? vnde satis apparet te Pōtifici politicū saltē & humanū ius tribuere, & nō diuinū. Minimè verò. Expressè em̄ ibidē multis argumentis de immunitate Ecclesiæ ago, & ꝙ Imperatores à Pōtificibus iudicari idcirco debeant, quia regiminis officium sortiti sunt: qui sanctificandi, qui soluendi & ligandi potestatem habent: qui ecclesiasticas & cælestes adepti sunt claues. Quibus equidem verbis autoritatem Pontificis Rhomani iuris diuini & non humani esse planè constat. De potestate porrò cuius meministi, qua se Imperatores abdicarunt, copiosius disserui fol. 35. vbi de primatu Papæ disputo: nullam scilicet aliam fuisse, quàm in creando Pontifice, vt id ratum haberetur, quod Princeps confirmasset, vel qui eius vices in Italia gerebat. Hanc inquam potestatem Benedicto II. Pontifici Rhomano Constantinus quartus remisit: sicut loco citato & sub finem vaticiniorum vberius declaraui. Mitto hæc, ad alia venio. Nónne fol. quadragesimo secundo ais legem excepto Christo neminem implere potuisse? Nónne propositio hæc ambigua est & scripturis cōtraria vtriusque testamenti? Quamuis sanè intellecta excusari & defendi possit. Neque verò ego illam minus sanè aut intelligo aut propono: neque propterea meritis sanctorum quicquam detraho: quin potius folio 62. vbi de satisfactione ago exponēs illud Apostoli ad Colos. quomodo adimpleuerit ea q̃ desunt passionum Christi, claram ac dilucidā reddo. Nisi me animus fallat, hic locus aliquid Luteranismi mihi sapere videtur. Nā Mordicus defendūt Lutherani neminē potuisse legē seruare. vnde sequitur Deū impossibilia hominib. ꝓposuisse. Absit vt id mihi in mentē vnq̄ venerit. Scimus em̄ sanctos & pios viros legē seruasse, sed nō implesse. Implere enim legem proprium est solius Christi. Appropriatū verò sanctis Dei, qui & ipsi in Christo legem adimplent: sicut capite de satisfactione vberius docui: atq; hac Dei prouidentia dico solū Christū potuisse legem propriè implere. Quòd si Deus voluisset, etiam ex lapidibus potuisset suscitare filios Abrahæ, & eum qui legem impleuisset: Sed hæc fuit volūtas Dei, vt ꝓpriè soli filio id cōueniret, & tandē ꝑ Christū appropriatè sanctis. Quid autem sibi vult, quod fo. 50. doces, paruulos scilicet sanctificari Baptismo & fide, vel alterius, vel vtriusque parentis, & multo magis proprio? Si enim loqueris de sanctitate per gratiam inhærentem, vtique sic vir infidelis nō sanctificatur, nec filij: id quod Tertullianus

Obiectio. *Responsio.* *Obiectio.* *Responsio.* *Obiectio.* *Responsio.* *Obiectio.* *Responsio.* *Obiectio.*

tullianus & Hieronimus contra Iouinianum abundè explicant. Hanc rem folio 52. ex Augustino copiosè tractaui, aliud scilicet esse sacramentum baptismi, aliud conuersionem cordis, sed salutem hominis ex vtroque compleri. Quocirca sententiæ tuæ libenter accedo, eamque obuiis vlnis acceptó. Quid præterea est, quod ais, infantes ex vtero matris progenatos credere & intelligere? Eo modo intelligo quo August. libr. 1. de peccatorum meritis & remissione. Mater Ecclesia inquit, maternum os paruulis præbet, vt sacris mysterijs imbuātur qui nondū possunt corde ꝓprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Si aūt rectè fideles vocantur, qui fidem per verba gestantium quodammodo profitentur, cur etiam non verè pœnitentes habeantur, cùm per eorundem verba gestantium diabolo & huic seculo renunciare monstrentur. Eadem habet Epistola ad Bonifacium, &c. lib. 1. de peccatorum meritis, c. 20. Qui incredulus est filio, non habet vitam, sed ira Dei manet super eum. In quo igitur horum numero, ponemus infantes in eorum qui credunt in filium, an in eorum qui increduli sunt filio? In neutro, Quia cùm adhuc credere non possunt, increduli non deputandi sunt. Quod indicat Ecclesia quę baptizatos infantes fidelium numero adiūgit. Hęc ille. Vult ergo. S. Pater Augustin. paruulos fide aliena deferri ad baptismum. Deinde in baptismo fidem cum omnibus donis Spiritus sancti eisdem infundi, quoad habitum, cuius actum habere nequeunt: quemadmodum infans vagiens in cunis rationem habet, alias non esset homo, sed propter ætatem non habet vsum: sic infans baptizatus habet fidem infusam, sed moriens saluatur non merito fidei sed virtute sacramenti. Quid denique est quod asseris folio. 56. Cum nullus sit qui non peccet, nullus est à quo non recedat spiritus, & ad tempus saltem relinquat, nisi à solo filio Dei Iesu Christo, &c. desideratur hic distinctio inter peccata mortalia & venialia: vnde propositio non est vniuersalıter vera. Verum quidem est recedere maximè spiritum sanctū ab illis qui mortaliter peccant: tamen & Moses defecit, qui pollicitus fuerat populo Israël se illum ex Aegypto educturum, & ad terram promissam perducturum: eduxit quidē de Aegypto, sed ad terram promissionis non perduxit. Defecit Ionas, Niniuitis cladem in quadragesimū diem prænuncians, quæ tamen dilata est. Defecit Helias prædicens mala vētura in diebus Achab, quæ etiam vsque in obitum Achab dilata sunt. Defecit Isaias ꝑdicēs mortē Ezechiæ in crastinū, quæ vsque ad annos quindecim prorogata est. Defecerunt & alij Prophetæ, & ipsorum omnia vaticinia reperiuntur aliquando sublata aut suspensa. Defecerunt etiā Apostoli. Defecit Petrus quando reprehensus est à Paulo, &c. Verum iste defectus non est defectus voluntarius, non ex scientia aut astu: hoc enim dicere perniciosissimus, atque Arrij ac Sabellij hæresibus maior & periculosior error est, totius Canonicæ scripturæ peruertens autoritatem: in quo tamen tam maximo errore fuit olim magnus ille ac sanctus Hieronymus, de reprehensione Petri, disputans aduersus Augustinum:

Dixe-

Responsio. *Quæstio.* *Responsio.* *Responsio.*

Dixerat enim Hieronymus Paulum astu mentitum. Quod si concessum fuerit, & in sacra scriptura tale mendacium admissum, mox (vt ait Augustinus) tota sacrarum literarũ certitudo corrueret. Cui sic monenti post plures contradictiones, & erroris sui defensiones, tãdem agnito errore, & cognita veritate cessit Hieronymus. Quod ergo dico sacros viros secundum quid defecisse, intelligi volo, non sponte errãtes, sed aut humanitus lapsos, aut mutata Dei sententia deficientes. Qui equidẽ defectus, non est defectus Spiritus sancti, sed aut defectus Prophetæ, non benè percipientis quid suggerat spiritus, vel indicet visio, aut ex aliquo, mutatione facta in ijs de quibus vaticinabatur, vnde contingit oraculi sententiã aut mutari aut differri. Itaq; solus est Christus Deus & homo, cuius verba nunquam mutantur aut deficiunt, qui solus expers est erroris, & oracula nunquam irritanda protulit, sicut ipse dixit: Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt, & quia omnis veritas est, per Spiritum sanctum, solus Christus hunc Spiritum sanctum firmiter possidet, & nunquam dimittetur ab eo, sed requiescit in illo. Non sic est de alijs. Nam venit spiritus super Mosen, sed in percussione, petræ ablatus fuit. Venit super Aaron, sed in peccato vituli recessit: venit super Annam sororem illorum, sed in murmuratione contra Mosen reliquit illam: venit super Saulum, Dauid, Salomonem, Isaiam, & reliquos, sed nõ requieuit in illis. Vnde (quemadmodum ait Simonides) solus Deus habet hũc honorem, quòd sit Metaphysicus: ita & nos verè dicere possumus, Solus Christus habet hunc honorem quòd sit Theologus. Neque tamen propterea quis putet veteris testamenti scripturas, post natum ex illis diuino partu Christi Euangelium, idcirco tanquam effœtas & mortuas. Viuunt enim semper summa in autoritate, ex illis Apostoli sua probârunt dogmata, & sine illarum testimonio loquuti sunt nihil: Ad illas nos remittit ipse Christus scrutandos, cuius Euangelium scripturas illas non soluit, sed adimpleuit vsque ad minimum iota & apicem. Iam puto nihil esse eorum, quod mihi obiectasti, quin luce meridiana clarius sit Catholicæ Ecclesiæ per omnia optimè conuenire, & re ab ea quàm remotissimè distare, atque hæresibus intricatissimum detineri. Quid tu, inquis, mihi obijcis, cuius criminis ipse reus es, Ego verò, Neopiste, reus? Te puto, nónne & tu & Functius, cum quibusdam alijs, sicut Auicinij Chronologia testatur, abolendæ religioni in Borussia causa fuistis? Id factum esse, docet historia Sleidani, lib. 5. anno Christi 1525. Ego verò natus sum anno incarnationis 1534. Quòd si Auicinio credis, credas quoque id me admisisse, antequam nascerer, ita impostorum illum nihil pudet etiam splendidissimi mendacij. Deinde legatio mea, principisq; plurimæ literæ contrarium docent, me videlicet non mutasse, sed reuexisse in Borussiam Catholicam religionem. Quid multis? inquis, Nónne te hæreticũ tua scripta fatentur? Quænam? Encyclopædias, & Censura, Illam Catalogus prohibitorum librorum hereticam arguit: hac tute, quòd falsa doceris, testaris. Imò verò, quòd tu falsa referas, primus Tomus Miscellaneorum

Obiectio.

Responsio.

Scaligerum nihil hæretici scripsisse.

Obiectio.

Responsio.

lanteorum nostrorum testatur, quo etiam autor nominatur, cuius culpâ Encyclopedia corrupta in lucem prodierit, id quod & Epistemon vberius patefacit. Censura verò nō dico me falsa docuisse, sed Neopistis familiaritate quadā cōiunctū persępe delirauisse, miris illorū perplexionibus, qđ ipsum quoq; oratione de instaurāda Rhomanæ Ecclesię doctrina, manifestū feci. Deinde ita me Neopistis censura accessisse profiteor, quatenus articulus Augustanæ cōfess. 21. patiebatur, se videlicet Rhomanæ Ecclesiæ subijciens, quatenus ex probatis scriptoribus constaret, quē articulum cum minimè illos obseruare deprehendissem, autor fui duci, vt religionē veterem Rhomanæ Ecclesiæ repeteret, vt in gratiam Pon. Opt. Max. rediret, vt Imperio reconciliaretur, vt cum ordine Teutonico transigeret, quāobrem etiam me ablegauit, id quod ego singulis, & pontifici & Cæsari, & illustris ordinis Teutonici magistro q̄ præsens nō potui, per literas retexi. Idne est falsa docere? idémne est falli, & fallere? Falsus sum, concedo, q̄ fefellerim, hoc demū nego. Neq; verò hęreticus est, q̄ temerarius nō est, nec fautor hæreticorū censendus est, qui innocētem criminis, & indemnatū hęreseos defendit: nec Catholicorū hostis, qui in abusus cleri animaduertit. Deinde tanta olim [illegible] ecclesię cōsuetudo, Pontificūq; clemētia, sicut in quarta distinctione de cōsecratione cōpilauit Gratianus, vt nec relapsos in Iudaismū capite punirent, nec blasphemos supplicio afficerent, ipseq; Berengarius in abominabilem hæresin relapsus, nō solùm nō occisus est, sed nec Archidiaconi dignitate priuatus, & tu hominē Catholicū hæreticos acerrimè insectantem, quod aliq̄ diu Neopistis, studio implorandi ingenia, & rationes ipsorū, quibus iam facilius occurrere possit, quadā familiaritate cōiunctus fuisset, idcirco tanq̄ tui similem capitis reum ages? Sed hæc opinor tu quoq; cōcedis leuia esse, atq; inepta.

Quæstio. Quibus ergo argumētis, inqs, efficies vt credā Encyclopediā corruptā fuisse?

Responsio. Arguit id inter cætera diuersus stylus, arguit fol. 99. quo bis ratione adhibita sepiē sacramenta recitantur, tandē sine ratione vlla, tria concluduntur. Arguit foliū. 149. vbi expresse aio, me Rhomanæ religionis esse cultorem, quam antequam offēdere vel in minimo vellē, malle me in frusta minutissima cōminui. Arguit & id, quod in aula Cęsaris Ferdinandi illā cōposuerim, eidemq; dedicauerim, & scriptā obtulerim, quā idem Cæsar Georgio Drascoutio Episcopo hodie Zagrabiensi, qui posteà concilio Tridentino, legatus, interfuit, recognoscendam tradidit nec quicquā deprehenderit hæreseos. Arguit & confessio ducis Borussiæ, & legatio mea, & oratio, qua inuocantur angeli Dei à me duci composita:

Obiectio. Nónne tu ais, ille Viennæ fuisti, qui Epistolam ad Ephesios contra Rhomanæ Ecclesię doctrinam prælegisti, & disputationem pro sola fide iustificante instituisti? Deniq; qui contra Canonem Missæ, & demum contra Papā scriptitasti?

Responsio. Ego sanè? sed pro Rhomana Ecclesia Rhomanæ Ecclesiæ doctoribus nisus, contra Rhomanæ Ecclesię abusus accuratissimè egi, Solam fidem iustificantem defendi, at nō mortuā illam, sed quæ per charitatem operatur,

solam

solam efficientem causam iustificationis statui, opera ab ea non seiunxi, quin eiusdem causam sine qua non more scholastico constanter asserui. Si hanc ob causam hæreseos macula mihi debet inuri, hæc hæresis mihi sanè cum omnibus sanctissimis patribus communis erit. Plura in eandem sententiam Epistemon abundè satis respondet, & in Canonem obiecta diluit. Possem quoque aliam, & quidem veriorē rationem, cur me Neopistis adiunxeram, adferre, si liceret. Quid si docuero id me & Pontificis & Cæsaris autoritate, & voluntate fecisse? Frustra putas me toties Pontificem maximum, & Almericum Picolomineum, præpositum Vratislaniensem, & id genus alios, methodo allegasse huius rei testes? Si, inquam, liceret causam patefacere, haud aliam deprehenderes, quàm fuerit illa, propter quam me modò in has miserias præcipitatum vides, vtilitas scilicet, & emolumentum Ecclesiæ Catholicæ. Iam causam, si sapis, intelligis plus me non sinit religio significare. Sed fac, lapsus sim, defecerim: defecit certè vt antea retuli & Moses, qui pollicitus erat, se Israëlē in terram promissionis introducturum, quod tñ non fecit. Defecit & Ionas, Niniuitis cladem in quadragesimum diem prænuncians, quæ tamen dilata est: Defecit & Helias, prædicens mala ventura in diebus Achab, quæ etiam vsque in obitum Achab dilata sunt: Defecit & Isaias, prædicens mortem Ezechiæ in crastinum, quæ vsque ad annos 15. prorogata est: Defecerunt & alij Prophetæ, & ipsorū omnia vaticinia reperiūtur aliquando sublata, aut suspēsa: Defecerūt etiā Apostoli, quocirca Petrus reprehēsus est à Paulo. At, inquis, nō talē puto errorē his eū, quos recitasti, nō spōte errârūt, sed aut humanitus lapsi sunt, aut mutata Dei sententia defecerūt. Itáne defecerunt? itáne Aaron cōflans vitulum defecit: Itáne Moses immutans præceptum Dei in causa libelli repudij? Itáne Dauid adulterio homicidium copulans? Itáne Petrus Dñm abnegans? At Aaron, inquis, adactus defecit: Moses populi infirmitati consuluit. Dauid peccauit humana fragilitate: Ita & Petrus metu negauit Christū. Nihil horum hæresi contigit. Quasi verò & hæresis aliunde veniat, q̃ ex humana fragilitate? cui se diabolus, qui primū parentē decepit, ad nos decipiēdos inuoluit. Solus Christus est, in quo spiritus Dñi requieuit: in alijs, quantumuis sanctis non item. Venit enim spiritus super Mosen, sed in percussione petræ ablatus fuit, venit super Aarō, sed in peccato vituli recessit: venit super Annā sororē illorū, sed in murmuratione cōtra Mosen, reliquit illā. Venit super Saulū, Dauid, Salomonē, Isaiam, & reliquos, sed nō requieuit in illis. Neque verò Prophetæ semper sunt prophetæ, siue vidētes pdicētesque: neque habitus cōtinuus est prophetia, sed donū & passio, & spūs trāsiēs. Et cū nullus sit, q nō peccet, nullus est à quo nō recedat spiritus, & ad tēpus saltē relinquat, nisi à solo filio Dei Iesu Christo, de quo ideo dictū fuit ad Ioannē: Super quē videris spiritū descendē tē, & manentem in eo, hic est filius Dei, qui baptizat in spiritu sancto, potens illum etiam alijs impartiri. Hinc est, quòd Papias Ieropolitanus Episcopus, Victorinus Pictauiensis, Irenæus Lugdunensis, Cypria-

Quorum fit deficere.

Obiectio.

Responsio.

Obiectio.

Responsio.

nus, Origenes, Tertullianus, Augustinus, & multi alij in fide errârunt, & opiniones illorum pro hæreticis dânatæ sunt, licet ipsi habeantur in Canone sanctorum. Quî fit ergo, inquis, vt horũ autoritate, quos constat in fide errasse, tota ista tua oratione aduersus me egeris? Non ego quicquam contra te autoritate illorum, quatenus singulorum autoritates sunt, sed ea tantùm ratione, qua omnium autoritates in vnius Ecclesiæ autoritatem confluxerunt. Qua in re iuxta Lirinensem animaduertendum est, vt in Ecclesia Catholica id teneamus, quod vbiq;, quod semper, quod non ab hoc, vel illo saltem, sed ab omnibus creditum est. Hoc est enim verè & propriè Catholicum (quod ipsa vis nominis ratióq; declarat, quæ omnia verè vniuersaliter comprehendit) sed hoc ita demum: si sequamur vniuersitatem, antiquitatem, consensionem. Sequemur autẽ vniuersitatẽ hoc modo, si hanc vnam fidem veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia. Antiquitatem verò ita, si ab his nullatenus sensibus recedamus, quos sanctos maiores ac patres nostros celebrasse manifestum est. Consensionem quoq; itidem, si in ipsa vetustate omnium, vel certè penè omnium sacerdotum pariter & magistrorum definitiones sententiásque sectemur. Quid igitur faciet Christianus Catholicus, si se aliqua Ecclesiæ particula ab vniuersalis fidei cõmunione præciderit? Quid vtiq; nisi vt pestifero corruptóq; membro, sanitatem vniuersi corporis anteponat. Quid si nouella aliqua contagio, non iam portiunculã tantùm, sed totam pariter Ecclesiam cômaculare conetur? Tunc item prouidebit, vt antiquitati inhæreat, quæ prorsus iam nõ potest ab vlla nouitatis fraude seduci. Quid si in ipsa vetustate duorum aut trium hominum, vel certè ciuitatis vnius, aut etiam prouinciæ, alicuius error deprehenderetur? Tunc, omnino curabit, vt paucorum temeritati, vel inscitiæ, si qua sunt vniuersaliter antiquitùs vniuersalis Ecclesiæ decreta præponat. Quid si tale aliquid emergat, vbi nil eiusmodi reperiatur? Tunc operam dabit, vt collatas inter se maiorum consulat interrogétq; sententias, eorum duntaxat, qui diuersis licet temporibus, & locis, in vnius tamen Ecclesiæ Catholicæ communione & fide permanentes, magistri probabiles extiterunt: & quicquid non vnus aut duo tantũ, sed omnes pariter vno eodémque consensu apertè, frequenter, perseueranter, tenuisse, scripsisse, docuisse cognouerint, id sibi quoque intelligat absque vlla dubitatione credendũ. Quicquid verò, quàmuis ille sanctus & doctus, quis episcopus, quis cõfessor & martyr, pter oẽs aut etiam cõtra omnes senserit, id inter proprias, & occultas & priuatas opiniunculas, à communis, publicæ, ac generalis sententiæ autoritatẽ secretũ sit: nec cum summo æternæ salutis periculo, iuxta sacrilegã hæreticorũ, & schismaticorũ cõsuetudinẽ, vniuersalis dogmatis veritate dimissa, vnius hominis nouitiũ sectemus errorẽ. Diximus proinde hãc semper & fuisse & esse Catholicorũ consuetudinem, vt fidem veram duobus his approbent. Primum diuini Canonis autoritate: deinde Ecclesiæ Canonicæ traditione: non quia Canon solus, non sibi ad vniuersa sufficiat, sed quia

Quæstio.
Responsio.

Quid Ecclesia Catholica, & quomodo orientibus hæresibus nos in ea gerere debeamus.

quia verba diuina, pro suo plerique arbitratu interpretantes, varias opiniones erroresque concipiāt, atque ideò necesse est, vt ad vnam Ecclesiastici sensus regulam scripturæ cœlestis intelligentia dirigatur: in ijs duntaxat præcipuè quæstionibus, quibus totius Catholici dogmatis fundamenta nituntur. Itaque necesse est omnibus Catholicis, qui sese Ecclesiæ matris legitimos filios probare student, vt sanctæ sanctorum patrum fidei inhæreant, agglutinent, immoriantur: prophanas verò prophanorum nouitates detestentur, horrescant, insectentur, persequantur. Hactenus ex Lirinensi ad verbum. Ita iam satis apparet, patres illos quomodo citauerim, & quantum illis, quantumque tibi sit tribuendum. Illorum sententia & autoritas si vniuersitati, antiquitati, & consensioni respondent, obuijs vlnis accipienda est: sin minus vt inter priuatas & occultas opiniunculas secreta sit, neque verò quicquam illorum autoritate asserui quod non semper in Ecclesia, & vbique ab omnibus creditum sit. Tua opinio porrò, quæ non tam ab vniuersitatis, & antiquitatis consensione abhorret, quàm etiam palàm vetustissimorum hæreticorum iam olim sepultas hæreses resuscitat, & profitetur, non tam reijcienda, quàm insectanda & persequenda est, quæ cùm omnia constent, animaduertendū est pariter vno maleficij genere te non modò ac Ecclesiā, verumetiam mores, leges, consuetudinem imperij, atque instituta maiorum violasse. Túne cœtus istos cōmilitonum tuorum contra præcepta Dei & Ecclesiæ contra leges nostras, contra verò senatus ac plebis autoritatem resucitandos, & ab Orco reuocandos putauisti? Quid leges Chrstianas violas, Neopistes? quid senatus Ecclesiæ? quid Pont. Optim. Max. autoritati contradicis? Aequum enim est instituta maiorum, atque edicta grauissimi sanctissimique Ecclesiastici ordinis, quia perstringere vesania tua non es veritus, ea restituas, ac sarcias supplicij tui memorabili animaduersione. Propter exiguā notā fraudati precij Ananias & Saphira extremo supplicio affecti sunt: & Ecclesia te non modò leges suas, atque autoritatem senatus sui crudeliter labefactantem, verumetiam vniuersa sua membra, vniuersos cœlitum ciues ad perniciem ferro flammáque deuorantem, impunè perferret? Contundendum potiùs est genus istud inauditi furoris, comprimendi homines gestientes effrenata temeritate, flagrantes inusitatis cupiditatibus, furentes incredibili superbia: spe nouandarū, rerum miserabiliter inflammatis. Quid etiā res ipsa publica non modò euentu crudelissimæ calamitatis, verumetiā metu ac suspicione liberāda. Hæc sunt media, hæc argumenta beatissime ac sanctissime, pater, Pont. Opt. Max. collegium Cardinalium, & senatus Apostolice dignissime atque reuerendissime, quibus apud optimū principē, cuius memoria nō potest mihi non per omnem meam vitā esse iucundissima, Albertū seniorē Marchionē Brandenburg. primū ducē Prussię pfeci, vt Ecclesiæ Rhomanæ doctrinā & obedientiā & agnouerit, & instaurandā per vniuersam Prussiā susceperit, mihique eius rei negotiū dederit, vt qd' in sua persona præstitissem, quoque in principatu vniuerso, sedulò

præstarem. Ablegauit ergo me cũ plena potestate, primum ad Regẽ Galliæ, deinde ad sanctitatẽ tuá, tandẽ ad gloriosissimum Cęsarẽ, & imperij Romani potiores principes, vt omnibus rebus compositis & transactis pacem Prussiæ & religionem Rhomanã adferrẽ? quod cùm quidã homines Neopisti subolfecissent, opera quorũdã episcoporũ regni Poloniç, quos suis fraudibus deceptos ad eã rẽ cõparauerãt, miserãdã illã tragœdiam & flammã Reip. me absente excitarunt, principemq́ de imperio pcipitarũt, alios trucidarũt, alios relegarũt, me verò absentẽ cõtra omne ius & diuinũ & ciuile, omniumq́ populorũ consuetudinẽ, contraq́ omniũ Põtificũ cõstitutiones q nolunt vt absentes in iudicio vllo modo aut accusentur aut dãnentur, id q ex Bonifacij primi decretis apparet, proscripserũt: sumptus ad legationẽ cõficiẽdã deputatos partim interceperũt, partim suppresserũt, oẽmq́ aditũ mihi ad abluenda crimina pręcluserũt, & apud oẽs passim, quo minus causa mea cognosci possit, me nefariè detulerũt: id q dudũ aliquoties tuæ sanctitati per literas Michaëlis Visbeckij Thesaurarij Dauẽtriensis cura trãsmissas, aperui, sic piusiã & publicis & priuatis scriptis, & Regẽ & senatũ ipsiusatq́ ordines, & nominatim, Cardinalẽ Hosiũ, & archiepiscopũ Gnesnensem: itẽ Episcopos Cracouiẽsem, Vladislauiẽsem, Pomeraniæq́, Posnauiensem, & Plocẽsem pręcipuos apud regẽ senatores, & ego, & nomine meo Episcopus Monasteriensis princeps, vt nostis, Catholicus, cõpellaui, vt mihi liceat corã Rege aduersariorũ meorũ obiecta, idq́ ꝑposita pœna capitis si quicquam criminis in me cõstiterit, diluere, vtq́ue rẽ ecclesiæ, in cuius commodum ablegatus essem, promouerẽt, necdum tamen vel ego, vel Reuerẽdissimus Monasteriensis, quicquam responsi à quoquã illorum accepimus, dubiũmne ergo esse potest, omne crimen, quod mihi falsò obiectatur, in aduersarios meos verè resilire, dum causam meã cognoscere hi recusant, quorũ authoritate ad illorũ subdolã & nefariã delationem eiectus, aut potius prohibitus sum. Quòd si Episcopis, curæ res Ecclesięnõ sit, sanctissime pater, amplissime senatus, qbus ergo erit? Quo mihi tãdẽ, denegata iustitia, nisi ad vos, quorũ cẽsuris & autoritate hi adiguntur, ius reddere, qui alioquin ad reddendum vel tardiores, vel difficiliores, vel etiam alieniores videntur, confugiendum est. Quòd si ex decerto Iulij papæ, huius nominis primi, à iudice suspecto Rhomana sedes potest appellari: quantò magis negata iustitia, eadem sedes, maximè inter Catholicos appellanda erit? Quæ res igitur, scilicet & negare Iustitiam, & in Ecclesiæ Rhomanæ detrimentum nihil non moliri, si vobis, vt est, indigna atque intollerabilis videtur, non iniquum fuerit autores, consectatores, & instauratores illius, factionem scilicet, atque coniurationem Brutenam, tanquam cladem omnium crudelissimam, visceribus Borussiæ propulsare. Qua propulsata dubium non est, quin Ecclesiæ Borussæ simul cũ ordine redeat pristina tũ dignitas tũ trãquillitas. Sed, inqs, Neopiste, lõgè diuersa est ratio, cur in te acerbius animad

uersum

aersum sit. Nō religio fuit, quā falsò ꝑtendis: maleficia tua, si verū fatearis, facilè causam ꝓdent. Hæc nec te latēt, teste cōscientia tua ipsius, nec nos, veluti q̄ Nasus, Minorita, & Auicinius poëta Ingolstadij typis Alexandri Vveissenhorn iunioris, satis clara & manifesta omnibus fecerūt. Maleficia verò? Sed anteq̄ hæc discutiātur à vobis Pōt. Opt. Max. Cardinales & senatus sanctissime, cōtendo, vt audaciū sceleri resistatis, innocentiū calamitatē leuetis, & in mea causa periculū, ꝙ in oēs intenditur, ꝓpulseris. Quòd si aut causa criminis, aut facti suspicio, aut q̄libet deniq; vel minima res in me reperietur, quāobrē videātur, illi nōnihil tñ in deferēdo nomine secuti. Postremò si ꝑter eā ꝑdam, quā dixi, qcq̄ aliud causæ inueneritis: nō recuso quin libidini eorū vita mea dedatur. Sin aliud nihil agitur, nisi vt ijs ne qd desit, quibus satis nihil est: si hoc solū hoc tēpore pugnatur, vt ad illā opimā ꝑclarāq; ꝑdam dānatio mei velut cumulus accedat, nōne cū multa indigna, tū vel hoc indignissimū est, vos idoneos habitos, per quorū cōniuentiā id assequātur, ꝙ antea ipsi scelere & ferro assequi cōsueuerūt, q hoc à vobis patrib. iustissimis nō dubitēt expectare, nō modò vt supplicia vitēt, q̄ ꝓ maleficijs suis metuere atq; horrere deberēt, verūetiā vt spolijs meis hac cōniuentia ornati, auctiq; discedāt? Cui rei cū vita mea obstare videatur, & sentētia iudicis diffinitiua, atq; vniuersæ Europæ respōsa & suffragia, q̄bus aduersarij mei damnati sunt, pfecerūt suis artib. hoīes hæretici, vt aliquis Catholicæ ꝓfessionis audaculus corā vobis & vniuerso mūdo causam istā tuendā atq; propugnandā susciperet. Qui se ergo illis ad hāc tā nefariā ꝑdam adiutorē ꝓfiteretur, Nasum Minoritā Ingolstadij adepti sunt, qui inusitata rabie petulāter in nomē meū & religionē inuasit. Hic se satis doctè ac peritè illis obsecundatū putauit: nō eñ me sperauit mutuā sibi gratiā relaturū, vt vicissim Methodo nostra de reuocādis hæreticis ab erroribus se compellarem, & cū suæ immunitati confideret, qua à iurisdictiōe omniū exemptus est, vt ad vos causam deferrē, apud quos nulla immunitas vlli sceleri fauere potest, vestroq; iudicio submitterē, id quod iā pridē feci. Quocirca de istius imposturis, cùm ibi abundè satis egerim, hic pretereundū iure putaui. Q̄m verò, hic & ipse aliū patronū, scilicet illū Poëtastrū Auiciniū, qui sibi patrocinanti, patrocinaretur adhibuit, egit vt suas iste nugas in compendium redigeret, & q̄ à se prætermissa fuissent, suppleret: Huic igitur siquid Neopistus attulerit respondendum erit: vos autem patres optimi oro atque obsecro, vt quales vos hactenus semper omnibus quærentibus, & maximè Catholicis præbuistis, tales vos & hic mihi impertiatis, & quàm acerrimè maleficia vindicetis, quámque fortissimè hominibus audacissimis resistatis, & hoc cogitetis, nisi in hac causa, quis vester sit animus ostenderitis, eò prorumpere hominū istorum cupiditatem & scelus, & audaciam, vt non modò clàm, verumetiam in ipso foro, ante tribunal vestrum, ante pedes vestros, inter ipsa subsellia, cædes futuræ sint.

Diluitur obiecta Nasi & Auicinij.

Obiectio.

Responsio.

Etenim quid aliud his calumnijs, & nefarijs insidijs testatur,

quàm vt id fieri liceat? Criminantur ij, qui in fortunas meas inuaserunt. Causam dico ego, cui præter calamitatem nihil reliquerunt. Criminantur ij quibus me proscribi bono fuit: causam dico ego, cui non modò luctum proscriptio illa attulit rerum etiam ægestatē. Criminantur ij, qui me iugulare summè cupierunt: causam dico ego, qui nusquā sine præsidio comparere possum, ne etiam ante oculos principum ab eis trucider. Denique criminantur ij, quos Brutena factio poscit, Nasus scilicet cum suo sterquilinio Auicinio: causam dico ego, qui vnus relictus ex illius nefaria cæde resto. Itaque sanctissime pater, senatus amplissime, quæ sit omnium mortalium expectatio, quæ cupiditas, vt acria ac seuera iudicia fiant, intelligitis. Tu verò Neopiste, maleficia illa quæ te patefacturū recepisti, iam fac plana. Plana quidem fecero, modò tu illa non complanaueris: quod tua ista imploratio satis munere videtur. Ego porrò rem tibi absque vllis inuolucris verborum patefaciam. Perduellionis causa proscriptus es. Perduellionis reus ego arguor? Scelestum Deus immortalis, ac nefarium facinus neque eiusmodi, quo vno maleficio scelera omnia complexa esse videantur. Etenim si id quod præclarè à sapientibus dicitur, Vultu sæpe læditur pietas quod supplicium satis acre reperietur in eum, qui insidias struxerit magistratui, qui Ecclesiæ coniurationis laqueos tetenderit, & catenas scelerum conflauerit? pro quibus mori ipsum, si res postularet, iura diuina atque humana cogebant. In hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quibus tandem illum argumentis accusatorem censes vti oportere? Nónne & audaciam ei qui in crimen vocetur, singularē ostendere debeat, & mores feros, immanémque naturam & vitam vitijs flagitijsque omnibus deditam, & denique omnia ad perniciem profligata atque perdita? quorum ille nihil in me ne obijciendi quidem causa contulit. Hos tu homines longè audacissimos imitaris? & quod inter oēs constat, nisi inter eos, qui ipsi quoque insaniūt, insanissimos similes quondā apud Rhomanos. Is cū C. Fimbrij curasset in funere. C. Marij. vt Q. Scęuola vir ornatissimus vulneraretur diem Scæuolæ dixit, posteaquam comperit eū posse viuere. Cùm ab eo quęreretur, quid tādē accusaturus esset eum quē pro dignitate ne laudare quidē, quisquā satis cōmodè posset, aiunt hominem (vt erat furiosus) respondisse, ꝙ nō totū telum corpore recepisset. Estne hoc illi dicto atꝗ facto Fimbriæ nō simillimū. Accusor ego. Quid ita? quia me occidere nō potuerūt. Nā ꝑ Deū immortalē, ꝗd est in hac causa, ꝙ defensionis indigeat? ꝗ locus ingeniū patroni requirit? aut oratoris eloquētiā magnopere desiderat? Perduellis extitit Paulus Scaliger. Qui homo? Cognatus & filius Ducis adoptiuus, qui pro optimi senis salute, vitam suam non semel periculis exposuit: qui omniū aduersariorū nomine candidissimi patris odium in se recepit: qui semper iustas omniū amicitias existimauit: qui non vni priuatim ancillatus est, neque se addixit, sed quātum quisque optimo principi, ipsiúsque Reip. studuit, tantum sibi fuit aut amicus aut inimicus: qui nihil plus voluit valere quàm pacem: cuius gratia etiam ablegatus est. Cùm contrà multi ex aduersarijs

De perduellionatu.

Obiectio.

Responsio.

priuatorum audacias nutrierunt, quod postea illa ipsa factio Brutena re ipsa comprobauit, vt vniuerso orbi innotuit, & quoque ipsiusmet Principis aduersus illos multa scripta testantur: qui nihil timuit nisi leges, multi ex aduersarijs arma sua timeri voluerunt, id quod ex oratione ad regem Bliæ Canitzfij satis apparet: qui deniq; nunquam voluit quicquã posse nisi pro Principe, multi ex aduersarijs potentia freti, in eum suis viribus abusi sunt, quod ipsum quoq; dies ille tristissimus, quem tanta Tyrannide perbacchati sunt, manifestum fecit: vt tantum absit me perduellionis reum posse ostendi, vt etiam in primis aduersarios meos huius criminis reos esse, haud obscurum sit. Profecto nullius amicitia vsus sum, qui non perpetuo principis amicus fuit. Neque enim me pœnitet, si aut petenti Schnellio patrocinium præstiti, aut factionis Brutenæ insolentiam repressi, aut patientiam senatus culpaui, aut virtutibus principis faui: Hæ enim laudes egregij viri & vnicæ sunt, quas si tu mihi vt vitia obijcis, temeritas tua reprehenditur, non vitia mea culpabuntur. Itaque quod tibi accidebat in mala & nugatoria accusatione, idē mihi vsu venit in causa optima. Tu quomodo crimen commentitium confirmares non inueniebas: ego res tam leues qua ratione infirmem ac diluam reperire non possum. Itáne verò leues? Tu testimoniū de te perhibes: *Obiectio.* ego quod profero non ex me habeo: autores patefeci. Non ego, *Responsio.* si bene accepisti, sed sententia iudicis. sed vniuersæ Europæ consilia, sed varia monimenta maiorum meorum, quod aio confirmant. Quid *Obiectio.* quæso? Quid aliud illa omnia agunt, quàm falsò tibi quæstionem status esse motam? Hic autem non de ea re quæritur, sed de perduellionatu. Satis intelligo: neque ego illa testimonia idcirco adfero, sed quod hæc *Responsio.* ipsa quæstio alterius quæstionis, cùm in illa non succubuerim, causam dederit. Cæterùm & huic imposturæ testimonio principis facilè occurram. Maiori edicto ita testatur. Quandoquidem, inquit, compertum ha- *Maioris edicti argumētum.* beamus, non nisi à solo diabolo sata & commenta criminatione & contumelia, in cognatum filium & Consiliarium nostrum Dominum Paulum Scaligerum & subditos nostros, & maximè illos, quos putabamus pacis & fidelitatis studiosissimos esse, summã temeritate ferri, & ipsum in exitium præcipitare niti, quin & autoritatem nostram atq; reputationem adoriri & calumniari, non vereri, sed indies simultatibus, seditionibus, factionibus, & id genus conspirationibus studere: id nobis ferendũ minimè erat: in primis cùm p̄nominatus Dominus Scaliger nobis summa fidelitatis & studij sui officia, & præstiterit, & adhuc sedulò præstet: quod nos spõte & reuera hisce publicis literis nostris testamur. Quocirca nos prædictum cognatum nostrum nõ tam apud nostros, quàm apud vniuersos, illis criminationibus, contumelijs, & falsissima insimulatione hic palàm exoneramus, excusamus, absoluimus, absolutum esse, haberi & sciri apud omnes & singulos volumus. Prætereà publicam fidem & securitatem, quam ei cùm à nobis huc in Borussiam vocaretur, præstitimus, his literis nostris pariter innouamus, & perpetuò tam ipsi quàm

suis omnibus confirmamus. Ac omnibus subditis nostris, atque etiam iis, qui ducatū nostrum quocunque modo frequentant, sub pœna capitali, & amissione honoris & fortunarum suarum seriò iniungimus, vt erga præfatum dominum Scaligerum se ita gerāt, quemadmodum hæc nostra securitas, & sua erga nos fidelitas postulat, videlicet ne à quoquā vel dicto, vel facto, etiā in re minima, offēdatur. Postremò quoque ipsi propriā vindictam in perpetuū absque vlla vlteriori iuris requisitione, concedimus, si prius requisiti aut nos, aut dilectus noster filius, aut successores nostri, ocyus ei ius reddere noluerint. Hęc ille. Vnde satis superque liquet Brutenam coniurationem et Thruchsam factionē crimine lęsæ maiestatis teneri, & periclitatos esse, nō tam de fortunis suis quàm etiam de honore & capite. Atenim, inquis, hoc testimonium datum est ante tragœdiam illam, dum tu principem in tua potestate habebas: Postea verò intellexit te absente quod obiicio, atque adeò præscriptioni consensit. Quasi verò quod semel placuit, quod publicè renitentibus aduersariis decretum est, publicis valuis etiam per inimicos meos affixum, & omnibus officialibus, oppidis, arcibus transmissum, tandem rescindi, incognita & inaudita causa possit? Nónne hoc decreto facto paulò pòst ablegatus sum? Sed aliàs isti obiectioni non difficulter occurri potest. Nam post tragœdiam illam tristem cum iam princeps de imperio deiectus, & ego proscriptus fuissem, multæ literæ principis ostendi possunt, quibus priores roborat, & de illata sibi suisque iniuria quæritur. Quandoquidem, inquit, illustrem nobis dilectum cognatum, propinquum, consiliarium, & filium, Dominum Paulum Scaligerum Dynastam Hunnorum, Marchionem Veronæ, dn̄m Creutzburgi & in negotiis nostris grauissimis tam personam nostram, quàm prouinciam, & subditos nostros plurimum concernentibus, ad quosdam principes, & potissimum ad pontificiam sanctitatem, satis instructum ablegauerimus, & is in ea legatione non modò variis insidiis præpeditus, verumetiam quorūdam suorum maleuolorum falsa & iniqua insimulatione, & criminatione, proximè elapso anno à regiæ Maiestatis Polonorum, domini nostri clementissimi, delegatis absens inaudita, & incognita causa proscriptus sit, & hac ratione negotia nostra, propositum, & Ecclesiæ Catholicę commodum & incrementum planè neglectum: non potuimus intermittere, vel propter singulare meritum, suæ erga nos fidei & officii, quod nobis hactenus semper summa diligentia præstitit (id quod hic palàm, sponte, & reuera profitemur, atque publicum illi testimonium hisce literis fidelitatis suæ ex animo perhibemus) quin ipsum & apud nostros, & apud vniuersos mortales, iniqua & falsa criminatione exolueremus, & excusaremus, quemadmodum ipsum vigore harum literarum non minùs ac anteà publico & maiori edicto, quo sibi propriam vindictam concessimus, dictis criminationibus exoluimus, excusamus & apud cunctos exolutum

Obiectio.

Responsio.

Innocentia Scaligeri his literis principis detegitur.

tum & excusatum esse, & præmemoratum edictum atque mandatum in singulis suis punctis, & clausulis, firmum, ratum, acceptum & gratū ab omnibus nostri principatus subditis, perpetuóque valiturum haberi & retineri volumus. Item, Quos, inquit, nos expuluere ad honores eueximus, & nobis fidos esse existimauimus, ab ijs ipsis in præceps acti sumus, falsò delati & proditi, qui etiam nihil prætermiserunt, quod in opprobrium nostrum vergeret, nullisq; artibus pepercerunt, quibus nos exagitarent: tandem quosdam innocentes proditoriè trucidarunt, alios relegarunt, alios persecutionibus & periculis exposuerunt. Scaligerum verò, summa contumelia affectum, in despectum nostrum proscripserunt. Qui etiam (vt animaduertimus) subinde nostro nomine agnatos, propinquos, & amicos nostros, quasi hæc omnia nostro consensu facta sint, literis suis vexant, & non tam in sceleribus suis gloriantur, quàm in nostro mœrore & summa animi perturbatione exultant, & quod maximè anxios nos & perplexos reddit, dolis & fraudibus suis nobis obrepentes, nósque incautos aggredientes fefellerunt, quoniam manu nostra alio prætextu extorta suas imposturas iam aliquoties adornarunt. Hæc ille ad verbum.

Perfidiā Brātenorum princeps patefacit.

Vides, Neopiste, quantum Nasi narratio distet ab re ipsa, atque veritate? Quod omnium populorum lege atque cōsuetudine definitum est, id quasi nouum reprehendit? Quod summa fide atque studio administratum est, id odio & inuidia & proditione factum criminatur? Quod beneuolentia mihi concessum est ab optimo Principe, id fraudi & dolo adscribit? Neque illi non intelligunt, sed vsque eò, quid arguant non habent, vt non modò sibi contra nos dicendum putent, verumetiam contra rerum naturam, contraq; consuetudinem hominum, contráque opiniones omnium. Imò, inquis, Auicinius refert, nisi subesset suspicio aliqua, non frustrà profugisses Prussia, téque in Gallijs Ducem Prussię, quo nomine tibi magni honores, maiore opprobrio digno nebuloni, in aula regis exhibiti sunt, gessisses: quanquam te & ibi bene gesseris, artes, quibus in inferiori Germania multis imposuisti, multos suis facultatibus fraudasti, & tandem cognita Regi ista fraude, quàm turpiter Monasterium, vbi nunc latitas, profugisti, nemo non videt: vbi quonam spiritu Catholicam religionem defendas, & pietatem profitearis, atque sedulus templis & sacris intersis, Deus nouit. Nihil dicam, quod fama fertur, te ablegatum, quo iuniori Duci Regis filia desponsaretur: tu autem pecunia consumpta rem ne attigisti quidem.

Auicinij obiecta diluuntur.

Bona verba quæso. Omnia video vno impetu, & hepar & pulmonem euomuisti: Caueto ne ad mortem vsque ægrotare videare & tu, & sterquilinium illud, cum sua diabologia, quam tanto furore edidit, vnde hæc conuicia deprompta esse ais.

Responsio.

Tuli ego istas vestras incredibiles & inauditas calumnias patienter, & vos coúsque impatientia venistis, dum illas refello modestè, vt im-

vt immodestissimè ne humanitatis quidem iura præterire potueritis, quin conuitijs macularetis: quasi idem sit calumniari, quod vincere. Cõtemnere, quod antecellere: conuitiari, quod diluere. Ego profugi Prussia, quem vides in rem Ecclesiæ Catholicæ ablegatum? Si quid horũ criminum in me est, cur igitur toties mihi locus ad abluenda crimina postulatus, negatur? Id enim vitæ meæ periculo toto sexennio flagito, nec tamen quicquam responsi habere possum. Ingentem vim pecuniæ Prussia asportaui? Septem millia nummûm Polonicorum in vsum viatici accepi. Quæ prætereà ad illam legationem destinata fuerant, intercepta & suppressa sunt. Hæc illa est, cuius meministi, si dijs placet, magna vis pecuniæ: qua vix è Gallijs illis temporibus penuria annonæ pressis, cũ tam copiosa familia, quæ mihi inuito propter grauissimas insidias, retinenda fuit, excessi. Egóne me in Gallijs Ducem Prussiæ gessi? Primum est quod audio, mihi quod ne somnianti quidem in mentem vnquam venit. Vnde illud sterquilinium has nugas hauserit, ignoro: Cur in medium protulerit, facilè subolfacio, vt hac scilicet ratione tantò maiorem difficultatẽ rebus meis incutiat. Ego porrò nulla difficultate docuero, splẽdidissima esse mendacia, quæ adfers, idq; Regis Galliæ & Portiani principis literis, & Ducis Montmerantij gubernatoris Parisiorum publica securitate, quibus nullo alio titulo, quàm Marchionis Veronæ compellor: quem & ipsum non ex me, sed ex literis Ducis Borussiæ acceperant. Quòd si Ducis Borussiæ mihi titulum arrogassem, & idcirco magnis honoribus affectus fuissem, vtiq; non me compellassent Marchionem Veronæ, sed Ducem Borussiæ. Fortè ansam calumniandi inde sumpsit, quòd Dux me in filium adoptauerat, & hoc nomine tam publicis quàm priuatis scriptis dignabatur. Ita facilè summum illud opprobrium, & nebulonis compellatio, in omnium nebulonum nebulonẽ Auicinium resilit. Quomodo verò me in inferiori Germania gessi? Quibúsnam imposui? Quos obsecro facultatibus suis fraudaui? faciat palàm, si potest: Fecisset vtiq; si potuisset. Antuerpiæ fui, fateor: quò me Parisiis receperam, vt ibidem eam pecuniam à numulario reciperem, quam Dantisci apud Mensarium deposueram. Recepta pecunia iterum Parisios repetij, ac in ipso itinere, sub vesperam incidi casu in oppidum quoddam Ducis Ariscotiæ, vbi mihi pernoctandum fuit. Dux quia intellexerat peregrinum aliquem pluribus equitibus stipatum adesse, facere non potuit, quin pro sua in peregrinos hospitalitate me conuiuio & hospitio exciperet. Quæsiuit ille quisnam essem: Dominum Creutzburgi deprehendit. Primo tandem diluculo rectà Parisios contendi. Nusquam alias in inferiori Germania fui: minus cuiquam imposui, aut quenquam suis facultatibus fraudaui. Quã verò causam rex cognouit? vbi in aula Regis fui? nec Regis aulam, nec regem vnquam vidi. Aberam quidem à Mollino, vbi tum rex Comitia celebrabat, tribus miliaribus: at propter negotia quibus Rex obruebatur, & paratas mihi insidias literis Ducis mei, & Portiani Principis relatione detectas, legationem cõsilio dicti Principis

Parisios

patrisios distuli; Interea ad alia negotia conficienda animum appuli, quæ scilicet in Italia, & Illyria restabant: quibus annum integrum impendi (sunt ex ecclesia Malmedij, responsis Europæis præfixa, intelligere potuisti) antequã Coloniam peruenissem. Vnde primum accepta illa Tyrannidæ Brutena in ditionem Monasteriensem, propter nuncio rum commoditatem delatus sum. Monasterium tandem non subitò, vt tu ais, profugi: sed postremò exacto videlicet integro anno, & peracta illa peregrinatione veni, vbi non quidem ita latito, vt nemo scire me hic morari, neminiquè copia mei esse possit, sed ita demum, vt Ecclesiæ quod debeo persoluam. Quo id spiritu faciam, nõ est quod sterquilinium illud miretur, cùm nisi in spiritu sancto ne Iesu quidem nomen proferre quisquam, tantum abest, vt pro ecclesia vitam interponere & vsque adeò excubare, tantosque labores sustinere, quos ego hic pertuli, queat: ego potius miror, quo ille ore tam petulanti & impudenti se Deo ostentare audeat, qui non vereatur innocentem tanta iniuria & contumelia illacessitus lacessere, & in dona spiritus sancti tam procaci lingua & furiosa petulantia atque inusitata rabie inuadere? Quod ad desponsationem porrò illam attinet, non est tibi eius rei reddenda ratio, de pecunia absumpta malè accepisti, cuius paulò ante reddidi rationem. Verũ hæc quoque tu intelligis nugatoria esse. Atenim, inquis, illud nugatorium certè, minime esse, Nasus voluit, quod Cæsarem libello Reginæ iustitiæ offenderis, quæ vna causa amplissima est tuæ proscriptionis, Mitto quærere hanc causam, quæro qui sciat? tametsi illum dicere & enumerare caussas omnes oportebat, & id erat certi accusatoris officiũ, qui tanti sceleris argueret, explicare omnia vitia atque peccata mea, quibus incensus potuerim animum inducere, vt naturam ipsam vincerem, vt amorem illum erga patrem patriæ penitus insitum eijcerem ex animo, vt denique filium Patriæ me esse obliuiscerer, quæ sine magnis meis peccatis accidere potuisse, non arbitror. Verum concedo illi vt ea prætereat quæ cum tacet, nulla esse concedit, me composuisse & edidisse libellum illum, certè ille planum facere debet. Quid ergo adfert, quo id probet? verè nihil potest dicere. Fingat aliquid saltẽ commodi: vt ne planè videatur id facere, quod apertè facit, meis fortunis, & summorum virorum dignitati illudere. Sed digrediar ad Nasum.

Obiectum de calumnijs in Cesarẽ dilui tur.

Responsio.

Composuisti, inquis, libellum istum. vnde scis? Rumor est, à quo hic Rumor? Nescio. scis certo me esse autorem? non. Cur ergo affirmas? puto. Puto? Attulitnè putare ipsum alicui culpam? inussitnè maculam? nemini. Quid est aliud iudicio, ac legibus, ac maiestate imperij abuti ad quęstum atque ad libidinem, nisi hoc modo accusare, atq; id obijcere, non planũ facere, quod non modò nõ possis, verũm quæ coneris quidem? Nemo est Naso, quin sciat tibi inimicitias, aut tuo sterquilinio mecum, quem nec vidistis vnquam, nec cognouistis, nullas esse: Vident omnes qua de causa mihi inimici veniatis. Sciunt Brutena pecunia vos adductos esse. Quid ergo est? ita tamen quæstus vos cupidos esse oportebat,

Obiectio.

Responsio.

tebat, vt summorum virorum existimationem, & legem Memmiam putaretis aliquid valere oportere. Accusatores multos esse in Ecclesia, in imperio, in ciuitate, vtile est, vt metu contineatur audacia, Veruntamen hoc ita est vtile, vt ne planè illudamur ab accusatoribus. Innocens est est quispiam: Veruntamen quanquam abest à culpa, suspicione tamē nō caret. Tametsi miserum est: tamen ei, qui hunc accuset, possim aliquomodo ignoscere. Cùm enim aliquid habeat quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, apertè ludificari & calumniari sciens non videatur. Quare facile omnes patimur esse quàm plurimos accusatores: Quod innocens, si accusatus sit absolui potest: nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. Vtilius est autem absolui innocentē, quàm nocentē causam non dicere.

Anseribus cibaria publicè, inquit Cicero, locantur, & canes aluntur in domibus vt significent, si fures venerint. at fures internoscere nō possunt, significant tamen si qui noctu in domum venerint. Et quia id est suspiciosum: tametsi bestiæ sunt, tamen in eam partem potius peccant, quæ est cautior. Quòd si luce quoque canes latrent, cum deum salutatum aliquem venerint, opinor ijs crura suffringantur, quod acres sint etiam tum, cùm suspicio nulla sit, simillima est accusatorum ratio. Alij vestrum anseres sunt qui tantūmodò clamant, nocere non possunt. Alij canes, qui & latrare & mordere possunt. Cibaria vobis præberi videmus: vos autem maximè debetis in eos impetum facere, qui merentur: hoc populo gratissimum est. Deinde si voletis, etiam tū cùm verisimile erit aliquem commisisse, in suspicione latratote, id quoque concedi potest, sin autem sic agetis, vt arguatis aliquem perduellionatus, hæreseos, criminis falsi, criminis læsæ maiestatis, neque dicere possitis, aut quare, aut quomodo, ac tantumodò sine suspicione latrabitis, crura quidem nemo vobis suffringet: sed si ego Pont: opt. Max. & magistratum vestrum noui, literam illam, cui vos vsque eo inimici estis vt etiam eam omnes oderitis, ita vehementer ad caput affiget, vt postea neminem alium, nisi fortunas vestras accusare possitis. Quid mihi ad deffendendum dedisti bone accusator? Quid alijs ad suspicandum? Rumor est, inquis? Audio, sed vnde hic rumor? nemo dicit. Putas me fecisse? Planum fac, nihil est. Quære Typographum, qui excudit, quære ex typographo à quo acceperit excudēdum. Prussia, inquis, alit Typhographum. At hoc falsum est. Quære typum. Prussia talem non habet. Quære stylum, meus non est. Confer Censuram, Vraniam, & Querelam (præterea enim nil ego vulgari lingua vnquam edidi) cum libello Iustitiæ Reginæ, stylus ipse docebit, qui toto cœlo differt, me illius libelli autorem non esse, fateor quidem facilè responsum aduersus Thruchsum nomine meo, consensu iudicis in Borussia excusum: sed ne is quidem liberà me compositus est. Deinde eo responso honorificè de Cæsare, Rege, & cunctis sentio & palam protestor me nihil adferre, quod Cæsarē ledere possit:

nil

nil iniuriandi quenquam, sed defendendi gratia saltem omnia illa in medium producere aduersus Thruchsum. Neque verò Iustitia illa Regina quicquam continet, quod responsum vberius non contineat, vt non videam cur libellum illum edere, & rem eandem toties repetere, cùm nil noui adferat, debuerim? Ne ego quidem autores illius potuissem assequi, nisi illi ipsi, cùm in Gallijs essem, ad me scripsissent, & libellos illos vnà cum edito carmine Nigidij pro innocentia, salute, & legationis meæ fausto successu transmisissent, gloriatique fuissent sua opera factũ, quòd quidam in Borussia ab officijs depositi fuerint: quæ res quàm me malè habuerit vniuersa familia mea nouit. Vultis ergo vobis autores referam? Res ita planè habet. Responsum illud nomine meo Ioannes Schnellius vir consultissimus conscripsit, ego non conscripsi (non enim vt antea memini, vulgari lingua quicquam scribere consueueram, antequam in exilium actus, necessitate ad reddendam idiomate Germanico querelam, Vraniam & Censuram adigerer: hæc duntaxat sunt, quæ per omnem ætatem meam meo Marte, Germanico sermone edidi) conscriptum tandem priusquam ederetur, semel atque iterum Balthazare Ganss Secretario prælegente, à Principe correctum est. Correcto exemplari epistola ad lectorem, & ipsa meo nomine à Ioanne Functio præfixa est, qua excusatur humilior dicendi modus, id est, phrasis Pomerana (Schnellius enim Pomeranus fuit) & quidam pleonasmi, atque frequentes eiusdem rei repetitiones. Id Schnellius vindicare cupiens, adhibito studio Steinbachij, patria Misnensis, & Horstij Theutonica eloquentia præditi, istam ipsam Reginam Iustitiam fecit, & me in legatione absente, & prorsus inscio Steinbachij opera primò Islebij, deinde Lipsiæ edi curauit, in Prussiam aduexit, & demum ad me in Gallias, per peculiarem Principis veredarium, vt literæ vtriusque, & quoque Principis testantur, dedit, quas ego Vilneuij, qui pagus à Mollino, vbi tum Rex comitia celebrabat, sicut iam antea retuli, tribus tantùm Gallicis milliaribus distat, primùm accepi. Itaque cùm hoc modo accusas Nase, nónne hoc palàm dicis, ego quid acceperim scio, quid dicam nescio? Nescio verò? Quid si me scire docuero?

Nihil quidem noui adfert Regina Iustitia, quòd ad tuam equidem causam attinet: illud tamen & nouum est, & inauditum, quòd illa summa temeritate in Austriacæ domus opprobriũ protulit. Quid hoc quæso? Quid autem? Quasi ipse melius non nosses, quàm ego qui quæro. D.iiij. puto, quo maiestas Cæsaris læditur. Profectò siue tu, siue quisquis alius, autor extitit illius probri, homo non tã leuis & temerarius quàm omni supplicio dignus est. Quid verò hanc notam in alios transfundis, cùm suspicio te planè haud parua noret? Res tua agebatur, deq́ tuis originibus, & Cæsare aduersæ parti opitulante: hinc vt Cæsarem vicissim notares, hanc calumniam in medium attulisti. O insignem impostorem, ô de- *Obiectio.* *Responsio.*

O detestandam criminationem, tu mihi rem imponis Nase, cuius constant iam autores? tu mihi ingeris tanta impudentia & procacitate, qd nemo non nouit falsissimum esse? Galli domui Austriacæ, per multos annos infesti, primi illud probrum commenti sunt. Vnde ad multos manauit, & in prouerbium quodammodo abijt, vt quoties domũ Austriã cõpellarent, illo scommate vterẽtur: Quod tandẽ ab Agrippa, Mõstero, Rhelingero, Iacobo Sturmio, & Zeellio annotatum est, ac demum per Steinbachium rescriptum: idq, non vt vlla ratione Cæsar offenderetur, sed vt potius in memoriam reuocaret, quoniam ne suo quidem nomini à malis parcatur, mirum non esse si meum ab eisdem impetatur. Quo sanè argumento aliud non agitur, quàm vt crimen confictum, crimine

Obiectio. confictо depellatur. Qui scis, si aut tu non sis autor illius libelli, aut

Responsio. tuo consensu nõ sit scriptus? Quia idẽ illi sæpius me id audiente & refragante solebant in medium proferre: Quin & Truchsus ille ipse, pro quo Zasius nomine Cæsaris egit, idem sępe Schnellio referre. Cęsari à primis annis infensissimus. Deinde manus illorum quod aio cõfirmabit. Itáne? ita verò. Fac autem ego libellum illum composuissem, quid tum postea? Non enim iniuriandi, sed defendendi gratia fecissem. Quo fit, vt Cęsarem semper ab iniqua factione exceperim, & salua maiestate tam Cæsaris, quàm regis omnia peregerim, vt videre est 2. Respons. Brut. Neq verò si sapis, aduersus Cæsarem, sed contra Zasium instrumentatorem Regina Iustitia scripta est. Testatur id eiusdem G. 1. Præterea si quid esset, quod vel in suspicionem minimam rapi possit, quóue docere me criminis vllius reum esse, vtiq non tanta clementia Cæsar Spiræ libros meos, accepisset, & tanta benignitatę puerum meum audiuisset, atq cũ viatico ad me remisisset, multò minus Rhenum Molleri, quem & ipsum suæ maiestati transmisi, quo tota controuersia & vniuersa Scaligerorum series, ditiones, & varia fortuna nostra, pulcherrimo carmine descripta, & cũ Cæsaris priuilegio euulgata est, ęquo animo tulisset. Quæ

Quæstio. quidẽ signa apud me sunt summi erga innocentiam meam gratiæ Cæsa-

Responsio. ris momẽti. Itáne verò summi momẽti? Quid tibi Cęsar rescripsit? Hoc, quod refero. Per quem? Per seniorem suũ cubicularium, Dominum Georgium, Baronem preskauuij, &c. Quid præterea? plura distulit in aliud

Quæstio. tempus rescribere: hæc gratia mihi abundè satisfacit. Quid ita distulit?

Responsio. Quia propter multitudinem negotiorum, quibus in publicis comitijs obruebatur, definire rem non poterat: Maximè verò cùm se rex Poloniæ finitis comitijs esset in finibus regni, aut Vratislaniæ conuenturus, statuit priùs cum eo de negotio conferre, quàm mihi certò & definitè respõdere idcirco decretũ Cæsaris habet, q illa plura rescribere non potuerit. Si tibi hæc gratia parua videtur, mihi vtique maxima, maximè quòd aduersarij mei, scilicet Brutenæ factionis homines comitijs interfuerint, & multa tẽtarint, nullicq pecunię perceperint, qua me rapere, agere, & prosternere possent: frustra omnia. Tantum enim abfuit, vt Cæsarem ad sui propositi væsaniam pertraherent, vt etiam me incolumem & Cæsaris gratia fulcitum, vel inuiti ferre, librosque meos

ifsicomitijs Imperialibus, præsente Imperatore, venales spectarè, suo magno cum opprobrio coacti sint. Atenim, inquis, quantumuis maxima sit ista gratia tibi, necdum tamen certò te restitutum Borussiæ esse, necdum proscriptione liberatum. *Obiectio.* Hæc mora Nase, mihi, non tibi ferenda est, quod enim differtur non aufertur. *Responsio.* Deinde bene mecum agi puto, quòd pacatissimæ mentis Cæsaris serenitatem & clementiam, hactenus maleuolorum nebulis obtenebratam, & obtrectationum sibilis ad iracundiam concitatam, obfusumq; ira ipsius animum, & moderationem exasperatam, salutarem demũ existimationem subire videam. Verum enimuerò, inquis, facilè, quàm vera sint quæ ais, ex Principum Electorum Consiliarijs, & in primis Cancellarijs videre est, qui quantum ab opinione Brutena discesserint, iure hoc tuo itinere intellexisti. *Obiectio.* Maguntinus Cancellarius certè, licet commendatus illi fueris, quid de te sentiat nulla difficultate accepisti: idem haud dubiè & apud alios expertus es, vt interim taceam, quòd, quantumuis vtriusque Electoris & Maguntini & Treuirensis commendatione fulcitus fueris, non tamen obtinueris à Coloniensi vt te audiret. Ah lepidulum capitolium, hócne est residuum asylum quo confugias? *Responsio.* Quasi verò idcirco sequatur quod contendis: quasi quòd vnus atque alter tuis fraudibus deceptus, pertinaciter tuis nugis adhæreat, ideo omnes idem agant. Successit mihi, laus Deo, apud Maguntinum Electorem Dominum meum clementissimum ex sententia: accedente etiam patrocinio Reuerendi & pij viri Domini Lamberti Aueri sacræ Theologiæ doctoris, & Collegij Societatis Iesu Maguntiæ Rectoris, & aliorum istic optimorum patrum, veluti quibus rei veritas & legatio nostra innotuit. *Quomodo Scaligero apud Electores successerit.* Vtinam autem Cancellarius ille adfuisset, qui in negotijs Principis sui abesse coactus fuit, proculdubio tuis fucis cognitis, vltrò tibi valedixisset. In eadem enim opinione & clarissimus vir D. Ioannes VVimphellius Treuirensis Cancellarius erat: vbi porrò rem & legationem ipsam atq; originalia ipsa, quæ illi in hoc negotio ostendi perlegisset, è vestigio in partes meas concessit, & meam causam Electori Treuirensi domino meo benignissimo commendauit: id quod iam antea quoque, verè nobilis & optimus vir Dominus Philippus à Nassau, eiusdem Electoris Consiliarius, visis eisdem documentis summa humanitate præstitit. Quibus omnibus eo nomine quantas maximas animus meus capere potest, ago & habeo gratias perpetuas atq; sempiternas. Ita vides mihi apud vtrunq; Electorem optimè successisse, veluti à quibus clemẽtissimè & susceptus & auditus, & dimissus sum. Quod ad Coloniẽsem Electorem attinet, & ipsum Dominum meum suspiciendissimũ, sua Celsitudo paratissima fuit me benignissimè audire, ita tñ vt id fieret pñtibus Cõsiliarijs: Cùm autẽ ab Electorib. prædictis, semotis arbitris auditus fuerim, idemq; me etiã ab hoc obtinere posse putarim, neq; sciuerim eam huic Principi esse consuetudinẽ, vt neminẽ solus audiat: ac ideo oblatã illã benignissimã suæ C. grogensionẽ, qua me siue Bruvvilli, siue Coloniæ audire proposuerat,

S 5 renuis-

renuissem, multaq; tandem calumniatorum artibus perfecta fuissent, & princeps Illustrissimus malè informatus, malam de me opinionem cõcepisset, factum est vt quod propositum esset, vtrinque intermitteretur. Cæterum ne Zoilis & obtrectatoribus calumniandi occasio remaneret, accessi reuerendum & clarissimũ Dominum Ioannem à Schuuolgen summi templi Canonicum, & Decanum. S. Andreæ Coloniæ, Illustrissimi Coloniensis consiliarium, eiq; totum negotium, credidi, & rogaui vt per occasionem, idem suæ celsitudini explicaret, quò omnem sinistram opinionem, si quam de me maleuolorum artibus concepisset, clementer deponeret. Idem antea reuerendo atque pio viro Domino Ioanni Retio inclytæ Academiæ Coloniensis doctori Theologo celeberrimo & Societatis Iesu Coloniæ Rectori dignissimo, tanquam veritatis & Catholicæ religionis summo fautori & propugnatori, retuli. Deinde concessi recta Leodium, ad Reuerendissimum & Illustrissimũ principem ac Dominum, Dominum Gerhardum à Groosbeeck Episcopum Leodiensem, Ducem Bulloniensem, Marchionem Franckimontẽsem & comitem Lossensem Dominum meum singulari obseruantia colendissimum, suæq; celsitudini & ipsi totam rem patefeci, quæ certè me perquàm humaniter, & excepit, & audiuit, & tandem remisit: patrocinante in primis Generoso Domino Henrico ab Eynnetten Domino tẽporali in Bouland, amico optimo. Leodio tandem Ruremundam me contuli, ad Reuerendissimum Dominum VVilhelmum Lindanum Episcopum Ruremundensem, verè pium & Catholicum, cui & ipsi vniuersum negotium explicui, & à sua amplitudine quoque salutare remedium causæ meæ & consilium accepi. Ad extremum tandem idem expo sui, Epistemone ac oratione ista, etiam Reuerẽdo patri. D. Theodorico Buscoducensi, Theologiæ professori celeberrimo, ac conuentus fratrũ Prędicatorij ordinis Colonię priori, Apostolico inquisitori dignissimo: quam etiam orationẽ vna cũ Epistemone suæ Reuerentiæ censuræ exhibui, inquirendã, recognoscendã, & ad Apostolicã limã reducendã & approbandã. Iã facillimè intelligis neminẽ esse, q negotio ꝓspecto nõ modò à tua opinione discedat, verumetiã tuã temeritatem, & impudentiã execretur, quę nũc etiã Electoribus, & summis q̃busq; viris atq; vniuersę Europę abundè satis cõstat. Sed, inq̃s, facile tibi est, nõ modò mihi, q̃n etiã electoribus & vniuerso mundo imponere: quãdo publica fama sit, te spiritũ familiarẽ habere, cuius præsidio omnia scriptitas, scripturis, & cõficis. Iam demũ video te bonis artibus æquè, ac virtutibus carere: ac idcirco quę ignoras summa temeritate calũniari. Quod quidẽ maledictum eò facilius ferã, ꝙ eodẽ in Christũ & Paulũ vsi sunt ij, quorũ tu vitã imitaris, neq; tñ exitũ ꝓhorrescis. Respõdi ad hãc nefariã obiectionẽ Embdica Apologia & epist. de ratione ꝓphetãdi: vt hic supuacaneũ esse putẽ plura respõdere. Quia verò spiritus familiaris meministi neq; intelligis ipse q̃d blateres: hac de re nõnihil dicendũ putaui, quo tua improbitas tantò illustrior fiat. Spũs familiaris reuera est ꝓprius cuiusuis hominis angelus, siue angelicus, & vt Paulus. Apost. ait administratorius

Obiectio.

Responsio.

De spiritu familiari.

Spũs quorũ tutelæ cũcti mortales, vt pulcherrimè Orig. suo loco declarauit, cõmissi sunt, à quibus nimirũ indesinẽter protegãtur, defendãtur, mũdẽtur, & ab omni incursu diaboli muniãtur, vigilãtes, dormiẽtes, ac vbicunq; fuerint: & in omni tribulatione & angustia, auxiliũ Dei mortalibus implorẽt: & cùm de corpore mortali educũtur, nõ permittãt illos à malignis spiritib. terreri, neq; in foueã desperatiõis deduci, sed bonos spũs illis associãt, illosq; pducũt ad visionẽ Dei, vbi & ipse & illi vnà cũ omnib. sanctis lætari ppetuò valeãt. Qui ergo huic spiritui morẽ gerit, spiritualis homo nuncupatur, cui spiritualia dona & charismata nõ possunt nõ esse semper obuia. Qui aũt hunc spiritũ nõ audit, carnalis est, cui carnalia cõtinuò obuersantur. Talis homo nõ pcipit ea, q̃ spiritus sunt: sed iudicat diabolica esse, sicut de Christo & Paulo iudicatum à carnalibus hominibus legimus. Neque verò fieri potest vt Satanas Satanam eijciat, quia diuideret regnum suum, & propè esset desolatio regni sui. Quis porrò ignorat diabolum Ecclesiæ Catholicæ infestissimum esse? Quomodo igitur illius vnitatem defenderet? Spiritus igitur qui vnitatis est, nequaquam esse potest pluralitatis, nequaquam malus, nequaquam coactus. At spiritum meum ad vnitatẽ Catholicæ ecclesiæ spectare iam nulla difficultate intellexisti. Quapropter minimè censendus est malignus. Nam q̃ tu spiritum familiarem coactum illum per exorcismos & inclusum intelligis, vehementer deliras. Talis nanq; spiritus non intelligit ea quæ Dei sunt, neque promouet, q̃ Catholicæ ecclesiæ conducunt. Nullus enĩ spiritus coactus bonus est, boni etenĩ nõ coguntur, nõ includũtur, sed p angelicũ spiritũ, hominibus spiritualib. associãtur. Quocirca toto cælo aberras, & in spiritũ sanctũ peccas, cùm ea tribuis malignis spiritibus, q̃ Deo diuinisq; spiritibus tribuere debebas: atque ita spiritũ Dei blasphemas, cùm opa ipsius Sathanę attribuis. Ego quidẽ mihi eam sanctitatẽ nõ arrogo, vt merear illã perfectionẽ, qua spiritib. illis sanctis associari valeã: neq; aio mè infusiõe illa frui, qua rerũ diuinarũ cognitio Apostolis infusa est. i. momẽtanea & immediata, sed eã possideo, q̃ sæpè iteratis actib. magno labore, & cõtinua diligẽtia cõstat. Si tu quoq; magis libris q̃ liberis, magis scripturis q̃ poculis, magis patribus q̃ venationibus, magis concilijs q̃ ancillis incũberes haud dubiè & tu eundẽ spiritũ familiarẽ tibi facillimè cõciliares. Vis scire quis hic meus familiaris spiritus sit? Sex partib. cõstat huiusce mei spiritus familiaris corpus: scilicet, Biblijs sacris, cõcilijs Catholicis, Canonib. sanctis, veterũ hæreticorũ notitia, ex eáq; nouorũ depulsiõe, historiarũ exacta cognitione, sanctorum patrũ & doctorũ Ecclesiæ Catholicæ cõtinua lectione. Si tu tale corpus tibi adaptaueris, id certè vltrò familiarẽ spiritũ recipiet, tibiq; illũ efficiet familiarissimũ. Talẽ spiritũ me habere, nõ hæc saltẽ Oratio, verũ etiã oĩa scripta mea testãtur. Facessant ergo iã tuę ineptię: facessat petulãtissima lingua, qua bonos consectaris: facessat morbus iste procacitatis quo vti cõsuesti: facessant deniq; mores tui quibus vnumquenq; æstimare soles. Itaque, vt tandem ad te reuertar, Neopiste, perspicuè satis iam apparet nullam vel suspicionem minimam vllius criminis in me

præstarem. Ablegauit ergo me cū plena potestate, primum ad Regē Galliæ, deinde ad sanctitatē tuā, tandē ad gloriosissimum Cęsarē, & imperij Romani potiores principes, vt omnibus rebus compositis & transactis pacem Prussiæ & religionem Rhomanā adferrē? quod cùm quidā homines Neopisti subolfecissent, opera quorūdā episcoporū regni Polonię, quos suis fraudibus deceptos ad eā rē cōparauerāt, miserādā illā tragœdiam & flammā Reip. me absente excitarunt, principem̄ de imperio pcipitarūt, alios trucidarūt, alios relegarūt, me verò absentē cōtra omne ius & diuinū & ciuile, omniumq̄ populorū consuetudinē, contraq̄ omniū Pōtificū cōstitutiones q nolunt vt absentes in iudicio vllo modo aut accusentur aut dānentur, id q ex Bonifacij primi decretis apparet, proscripserūt: sumptus ad legationē cōficiēdā deputatos partim interceperūt, partim suppresserūt, oēmq̄ aditū mihi ad abluenda crimina pręcluserūt, & apud oēs passim, quo minus causa mea cognosci posfit, me nefariè detulerūt: id q dudū aliquoties tuæ sanctitati per literas Michaëlis Visbeckij Thesaurarij Dauētriensis cura trāsmissas, aperui, sq piusiā & publicis & priuatis scriptis, & Regē & senatū ipsius atq ordines, & nominatim, Cardinalē Hosiū, & archiepiscopū Gnesnensem: itē Episcopos Cracouiēsem, Vladislauiēsem, Pomeraniæq, Posnauiensem, & Plocēsem pręcipuos apud regē senatores, & ego, & nomine meo Episcopus Monasteriensis princeps, vt nostis, Catholicus, cōpellaui, vt mihi liceat corā Rege aduersariorū meorū obiecta, idq pposita pœna capitis si quicquam criminis in me cōstiterit, diluere, vtque rē ecclesiæ, in cuius commodum ablegatus essem, promouerēt, necdum tamen vel ego, vel Reuerēdissimus Monasteriensis, quicquam responsi à quoquā illorum accepimus, dubiúmne ergo esse potest, omne crimen, quod mihi falsò obiectatur, in aduersarios meos verè resilire, dum causam meā cognoscere hi recusant, quorū authoritate ad illorū subdolā & nefariā delationem eiectus, aut potius prohibitus sum. Quòd si Episcopis, curæ res Ecclesię nō sit, sanctissime pater, amplissime senatus, qbus ergo erit? Quo mihi tādē, denegata iustitia, nisi ad vos, quorū cēsuris & autoritate hi adiguntur, ius reddere, qui alioquin ad reddendum vel tardiores, vel difficiliores, vel etiam alieniores videntur, confugiendum est. Quòd si ex decerto Iulij papæ, huius nominis primi, à iudice suspecto Rhomana sedes potest appellari: quantò magis negata iustitia, eadem sedes, maximè inter Catholicos appellanda erit? Quæ res igitur, scilicet & negare Iustitiam, & in Ecclesiæ Rhomanæ detrimentum nihil non moliri, si vobis, vt est, indigna atque intollerabilis videtur, non iniquum fuerit autores, consectatores, & instauratores illius, factionem scilicet, atque coniurationem Brutenam, tanquam cladem omnium crudelissimam, visceribus Borussiæ propulsare. Qua propulsata dubium non est, quin Ecclesiæ Borussæ simul cū ordine redeat pristina tū dignitas tū trāquillitas. Sed, inqs, Neopiste, lōgè diuersa est ratio, cur in te acerbius animad

uersum

uersum sit. Nō religio fuit, quā falsò ꝑtendis: maleficia tua, si verū fatearis, facilè causam ꝓdent. Hæc nec te latēt, teste cōscientia tua ipsius, nec nos, veluti q̃ Nasus, Minorita, & Auicinius poëta Ingolstadij typis Alexandri Vveissenhorn iuñioris, satis clara & manifesta omnibus fecerūt. Maleficia verò? Sed anteq̃ hæc discutiātur à vobis Pōt. Opt. Max. Cardinales & senatus sanctissime, cōtendo, vt audaciū sceleri resistatis, innocentiū calamitatē leuetis, & in mea causa periculū, ꝗ in oēs intenditur, ꝓpulsetis. Quòd si aut causa criminis, aut facti suspicio, aut q̃libet deniq; vel minima res in me reperietur, quāobrē videātur, illi nōnihil tñ in deferēdo nomine secuti. Postremò si ꝑter eā ꝑdam, quā dixi, qcq̃ aliud causæ inueneritis: nō recuso quin libidini eorū vita mea dedatur. Sin aliud nihil agitur, nisi vt ijs ne qd desit, quibus satis nihil est: si hoc solū hoc tēpore pugnatur, vt ad illā opimā ꝑclarāq; ꝑdam dānatio mei velut cumulus accedat, nōne cū multa indigna, tū vel hoc indignissimū est, vos idoneos habitos, per quorū cōniuentiā id assequātur, ꝗ antea ipsi scelere & ferro assequi cōsueuerūt, q hoc à vobis patrib. iustissimis nō dubitēt expectare, nō modò vt supplicia vitēt, q̃ ꝓ maleficijs suis metuere atq; horrere deberēt, verūetiā vt spolijs meis hac cōniuentia ornati, auctiq; discedāt? Cui rei cū vita mea obstare videatur, & sentētia iudicis diffinitiua, atq; vniuersæ Europæ respōsa & suffragia, q̄bus aduersarij mei damnati sunt, pfecerūt suis artib. hoīes hæretici, vt aliquis Catholicæ ꝓfessionis audaculus corā vobis & vniuerso mūdo causam istā tuendā atq; propugnandā susciperet. Qui se ergo illis ad hāc tā nefariā ꝑdam adiutorē ꝓfiteretur, Nasum Minoritā Ingolstadij adepti sunt, qui inusitata rabie petulāter in nomē meū & religionē inuasit. Hic se satis doctè ac peritè illis obsecundatū putauit: nō eñ me sperauit mutuā sibi gratiā relaturū, vt vicissim Methodo nostra de reuocādis hæreticis ab erroribus se compellarem, & cū suæ immunitati confideret, qua à iurisdictiōe omniū exemptus est, vt ad vos causam deferrē, apud quos nulla immunitas vlli sceleri fauere potest, vestroq; iudicio submitterē, id quod iā pridē feci. Quocirca de istius imposturis, cùm ibi abundè satis egerim, hic prætereundū iure putaui. Q̄m verò, hic & ipse aliū patronū, scilicet illū Poëtastrū Auiciniū, qui sibi patrocinanti, patrocinaretur adhibuit, egit vt suas iste nugas in compendium redigeret, & q̃ à se prætermissa fuissent, suppleret. Huic igitur siquid Neopistus attulerit respondendum erit: vos autem patres optimi oro atque obsecro, vt quales vos hactenus semper omnibus quærentibus, & maximè Catholicis præbuistis, tales vos & hic mihi impertiatis, & quàm acerrimè maleficia vindicetis, quàmque fortissimè hominibus audacissimis resistatis, & hoc cogitetis, nisi in hac causa, quis vester sit animus ostenderitis, eò prorumpere hominū istorum cupiditatem & scelus, & audaciam, vt non modò clàm, verumetiam in ipso foro, ante tribunal vestrum, ante pedes vestros, inter ipsa subsellia, cædes futuræ sint.

Dilnātur obiecta Nasi & Auicinij.

Obiectio.

Responsio.

Etenim quid fuisti his calumnijs, & nefarijs insidijs tentatur,

quàm vt id fieri liceat? Criminantur ij, qui in fortunas meas inuaserunt. Causam dico ego, cui præter calamitatem nihil reliquerunt. Criminantur ij quibus me proscribi bono fuit: causam dico ego, cui non modò luctum proscriptio illa attulit rerum etiam ægestatē. Criminantur ij, qui me iugulare summè cupierunt: causam dico ego, qui nusquā sine præsidio comparere possum, ne etiam ante oculos principum ab eis trucider. Denique criminantur ij, quos Brutena factio poscit, Nasus scilicet cum suo sterquilinio Auicinio: causam dico ego, qui vnus relictus ex illius nefaria cæde resto. Itaque sanctissime pater, senatus amplissime, quæ sit omnium mortalium expectatio, quæ cupiditas, vt acria ac seuera iudicia fiant, intelligitis. Tu verò Neopiste, maleficia illa quæ te patefacturū recepisti, iam fac plana. Plana quidem fecero, modò tu illa non complanaueris: quod tua ista imploratio satis munere videtur. Ego porrò rem tibi absque vllis inuolucris verborum patefaciam. Perduellionis causa proscriptus es. Perduellionis reus ego arguor? Scelestum Deus immortalis, ac nefarium facinus neque eiusmodi, quo vno maleficio scelera omnia complexa esse videantur. Etenim si id quod præclarè à sapientibus dicitur, Vultu sæpe læditur pietas quod supplicium satis acre reperietur in eum, qui insidias struxerit magistratui, qui Ecclesiæ coniurationis laqueos tetenderit, & catenas scelerum conflauerit? pro quibus mori ipsum, si res postularet, iura diuina atque humana cogebant. In hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quibus tandem illum argumentis accusatorem censes vti oportere? Nónne & audaciam ei qui in crimen vocetur, singularē ostendere debeat, & mores feros, immanémque naturam & vitam vitijs flagitijsqúe omnibus deditam, & denique omnia ad perniciem profligata atque perdita? quorum ille nihil in me ne obijciendi quidem causa contulit. Hos tu homines longè audacissimos imitaris? & quod inter oēs constat, nisi inter eos, qui ipsi quoque insaniūt, insanissimos similes quondā apud Rhomanos. Is cū C. Fimbrij curasset in funere. C. Marij. vt Q. Scęuola vir ornatissimus vulneraretur diem Scæuolæ dixit, posteaquam comperit eū posse viuere. Cùm ab eo quęreretur, quid tādē accusaturus esset eum quē pro dignitate ne laudare quidē, quisquā satis cōmodè posset, aiunt hominem (vt erat furiosus) respondisse, ꝙ nō totū telum corpore recepisset. Estne hoc illi dicto atque facto Fimbriæ nō simillimū. Accusor ego. Quid ita? quia me occidere nō potuerūt. Nā ꝑ Deū immortalē, ꝗd est in hac causa, ꝙ defensionis indiget? q locus ingeniū patroni requirit? aut oratoris eloquētiā magnopere desiderat? Perduellis extitit Paulus Scaliger. Qui homo? Cognatus & filius Ducis adoptiuus, qui pro optimi senis salute, vitam suam non semel periculis exposuit: qui omniū aduersariorū nomine candidissimi patris odium in se recepit: qui semper iustas omniū amicitias existimauit: qui non vni priuatim ancillatus est, neque se addixit, sed quātum quisque optimo principi, ipsiúsque Reip. studuit, tantum sibi fuit aut amicus aut inimicus: qui nihil plus voluit valere quàm pacem: cuius gratia etiam ablegatus est. Cùm contrà multi ex aduersarijs

De perduellionatu.

Obiectio.

Responsio.

priuatorum audacias nutrierunt, quod postea illa ipsa factio Brutena re ipsa comprobauit, vt vniuerso orbi innotuit, & quoque ipsiusmet Principis aduersus illos multa scripta testantur: qui nihil timuit nisi leges, multi ex aduersarijs arma sua timeri voluerunt, id quod ex oratione ad regem Bliæ Canitzsij satis apparet: qui deniq; nunquam voluit quicquã posse nisi pro Principe, multi ex aduersarijs potentia freti, in eum suis viribus abusi sunt, quod ipsum quoq; dies ille tristissimus, quem tanta Tyrannide perbacchati sunt, manifestum fecit: vt tantum abſit me perduellionis reum posse ostendi, vt etiam in primis aduersarios meos huius criminis reos esse, haud obscurum sit. Profectò nullius amicitia vsus sum, qui non perpetuo principis amicus fuit. Neque enim me pœnitet, si aut petenti Schnellio patrocinium præstiti, aut factionis Brutenæ insolentiam repressi, aut patientiam senatus culpaui, aut virtutibus principis faui: Hæ enim laudes egregij viri & vnicæ sunt, quas si tu mihi vt vitia obijcis, temeritas tua reprehenditur, non vitia mea culpabuntur. Itaque quod tibi accidebat in mala & nugatoria accusatione, idẽ mihi vsu venit in causa optima. Tu quomodo crimen commentitium confirmares non inueniebas: ego res tam leues qua ratione infirmem ac diluam reperire non possum. Itáne verò leues? Tu testimoniũ de te perhibes: *Obiectio.* ego quod profero non ex me habeo: autores patefeci. Non ego, *Responsio.* si bene accepisti, sed sententia iudicis. sed vniuersæ Europæ consilia, sed varia monimenta maiorum meorum, quod aio confirmant. Quid *Obiectio.* quæso? Quid aliud illa omnia agunt, quàm falsò tibi quæstionem status esse motam? Hic autem non de ea re quæritur, sed de perduellionatu. Satis intelligo: neque ego illa testimonia idcirco adfero, sed quod hæc *Responsio.* ipsa quæstio alterius quæstionis, cùm in illa non succubuerim, causam dederit. Cæterùm & huic imposturæ testimonio principis facilè occurram. Maiori edicto ita testatur. Quandoquidem, inquit, compertum ha- *Maioris edicti* beamus, non nisi à solo diabolo sata & commenta criminatione & con- *argumẽtum.* tumelia, in cognatum filium & Consiliarium nostrum Dominum Paulum Scaligerum & subditos nostros, & maximè illos, quos putabamus pacis & fidelitatis studiosissimos esse, summa temeritate ferri, & ipsum in exitium præcipitare niti, quin & autoritatem nostram atq; reputationem adoriri & calumniari, non vereri, sed indies simultatibus, seditionibus, factionibus, & id genus conspirationibus studere: id nobis ferendũ minimè erat: in primis cùm prænominatus Dominus Scaliger nobis summa fidelitatis & studij sui officia, & præstiterit, & adhuc sedulò præstet: quod nos spõte & reuera hisce publicis literis nostris testamur. Quocirca nos prædictum cognatum nostrum nõ tam apud nostros, quàm apud vniuersos, illis criminationibus, contumelijs, & falsissima insimulatione hîc palàm exoneramus, excusamus, absoluimus, absolutum esse, haberi & sciri apud omnes & singulos volumus. Prætereà publicam fidem & securitatem, quam ei cùm à nobis huc in Borussiam vocaretur, præstitimus, his literis nostris pariter innouamus, & perpetuò tam ipsi quàm

suis omnibus confirmamus. Ac omnibus subditis nostris, atque etiam ijs, qui ducatū nostrum quocunque modo frequentant, sub pœna capitali, & amissione honoris & fortunarum suarum seriò iniungimus, vt erga pfatum dominum Scaligerum se ita gerāt, quemadmodum hæc nostra securitas, & sua erga nos fidelitas postulat, videlicet ne à quoquā vel dicto, vel facto, etiā in re minima, offēdatur. Postremò quoque ipsi propriā vindictam in perpetuū absque vlla vlteriori iuris requisitione, concedimus, si prius requisiti aut nos, aut dilectus noster filius, aut successores nostri, ocyus ei ius reddere noluerint. Hęc ille. Vnde satis superque liquet Brutenam coniurationem et Thruchsam factionē crimine lęsæ maiestatis teneri, & periclitatos esse, nō tam de fortunis suis quàm etiam de honore & capite. At enim, inquis, hoc testimonium datum est ante tragœdiam illam, dum tu principem in tua potestate habebas: Postea verò intellexit te absente quod obijcio, atque adeò præscriptioni consensit. Quasi verò quod semel placuit, quod publicè renitentibus aduersarijs decretum est, publicis valuis etiam per inimicos meos affixum, & omnibus officialibus, oppidis, arcibus transmissum, tandem rescindi, incognita & inaudita causa possit? Nónne hoc decreto facto paulò pòst ablegatus sum? Sed aliàs isti obiectioni non difficulter occurri potest. Nam post tragœdiam illam tristem cum iam princeps de imperio deiectus, & ego proscriptus fuissem, multæ literæ principis ostendi possunt, quibus priores roborat, & de illata sibi suisque iniuria quæritur. Quandoquidem, inquit, illustrem nobis dilectum cognatum, propinquum, consiliarium, & filium, Dominum Paulum Scaligerum Dynastam Hunnorum, Marchionem Veronæ, dnm Creutzburgi & in negotijs nostris grauissimis tam personam nostram, quàm prouinciam, & subditos nostros plurimum concernentibus, ad quosdam principes, & potissimum ad pontificiam sanctitatem, satis instructum ablegauerimus, & is in ea legatione non modò varijs insidijs præpeditus, verumetiam quorūdam suorum maleuolorum falsa & iniqua insimulatione, & criminatione, proximè elapso anno à regiæ Maiestatis Polonorum, domini nostri clementissimi, delegatis absens inaudita, & incognita causa proscriptus sit, & hac ratione negotia nostra, propositum, & Ecclesiæ Catholicę commodum & incrementum planè neglectum: non potuimus intermittere, vel propter singulare meritum, suæ erga nos fidei & officij, quod nobis hactenus semper summa diligentia præstitit (id quod hic palàm, sponte, & reuera profitemur, atque publicum illi testimonium hisce literis fidelitatis suæ ex animo perhibemus) quin ipsum & apud nostros, & apud vniuersos mortales, iniqua & falsa criminatione exolueremus, & excusaremus, quemadmodum ipsum vigore harum literarum non minùs ac antea publico & maiori edicto, quo sibi propriam vindictam concessimus, dictis criminationibus exoluimus, excusamus & apud cunctos exolu-

Obiectio.

Responsio.

Innocentia Scaligeri literis principi detegitur.

tum & excusatum esse, & præmemoratum edictum atque mandatum in singulis suis punctis, & clausulis, firmum, ratum, acceptum & gratū ab omnibus nostri principatus subditis, perpetuóque valiturum haberi & retineri volumus. Item, Quos, inquit, nos expulere ad honores euexi- mus, & nobis fidos esse existimauimus, ab ijs ipsis in præceps acti sumus, falsò delati & proditi, qui etiam nihil prætermiserunt, quod in opprobrium nostrum vergeret, nullisq; artibus pepercerunt, quibus nos exagitarent: tandem quosdam innocentes proditoriè trucidarunt, alios relegarunt, alios persecutionibus & periculis exposuerunt. Scaligerum verò, summa contumelia affectum, in despectum nostrum proscripserunt. Qui etiam (vt animaduertimus) subinde nostro nomine agnatos, propinquos, & amicos nostros, quasi hæc omnia nostro consensu facta sint, literis suis vexant, & non tam in sceleribus suis gloriantur, quàm in nostro mœrore & summa animi perturbatione exultant, & quod maximè anxios nos & perplexos reddit, dolis & fraudibus suis nobis obrepentes, nósque incautos aggredientes fefellerunt, quoniam manu nostra alio prætextu extorta suas imposturas iam aliquoties adornarunt. Hæc ille ad verbum. *Perfidia Brutenorum principi patefacta.*

Vides, Neopiste, quantum Nasi narratio distet ab re ipsa, atque veritate? Quod omnium populorum lege atque cōsuetudine definitum est, id quasi nouum reprehendit? Quod summa fide atque studio administratum est, id odio & inuidia & proditione factum criminatur? Quod beneuolentia mihi concessum est ab optimo Principe, id fraudi & dolo adscribit? Neque illi non intelligunt, sed vsque eò, quid arguant non habent, vt non modò sibi contra nos dicendum putent, verumetiam contra rerum naturam, contráq; consuetudinem hominum, contráque opiniones omnium. Imò, inquis, Auicinius refert, nisi subesset suspicio aliqua, non frustrà profugisses Prussia, téque in Gallijs Ducem Prussię, quo nomine tibi magni honores, maiore opprobrio digno nebuloni, in aula regis exhibiti sunt, gessisses: quanquam te & ibi bene gesseris, artes, quibus in inferiori Germania multis imposuisti, multos suis facultatibus fraudasti, & tandem cognita Regi ista fraude, quàm turpiter Monasterium, vbi nunc latitas, profugisti, nemo non videt: vbi quonam spiritu Catholicam religionem defendas, & pietatem profitearis, atque sedulus templis & sacris intersis, Deus nouit. Nihil dicam, quod fama fertur, te ablegatum, quo iuniori Duci Regis filia desponsaretur: tu autem pecunia consumpta rem ne attigisti quidem. *Auicinij obiecta diluuntur.*

Bona verba quæso. Omnia video vno impetu, & hepar & pulmonem euomuisti: Caueto ne ad mortem vsque ægrotare videare & tu, & sterquilinium illud, cum sua diabologia, quam tanto furore edidit, vnde hæc conuicia deprompta esse ais: *Responsio.*

Tuli ego istas vestras incredibiles & inauditas calumnias patienter, & vos eousque impatientia venistis, dum illas refello modestè, vt im-

vt immodeſtiſsimè ne humanitatis quidem iura præterire potueritis, quin conuitijs macularetis: quaſi idem ſit calumniari, quod vincere. Cõtemnere, quod antecellere: conuitiari, quod diluere. Ego profugi Pruſſia, quem vides in rem Eccleſiæ Catholicæ ablegatum? Si quid horũ criminum in me eſt, cur igitur toties mihi locus ad abluenda crimina poſtulatus, negatur? Id enim vitæ meæ periculo toto ſexennio flagito, nec tamen quicquam reſponſi habere poſſum. Ingentem vim pecuniæ Pruſſia aſportaui? Septem millia nummûm Polonicorum in vſum viatici accepi. Quæ prætereà ad illam legationem deſtinata fuerant, intercepta & ſuppreſſa ſunt. Hæc illa eſt, cuius meminiſti, ſi dijs placet, magna vis pecuniæ: qua vix è Gallijs illis temporibus penuria annonæ preſsis, cũ tam copioſa familia, quæ mihi inuito propter grauiſsimas inſidias, retinenda fuit, exceſsi. Egóne me in Gallijs Ducem Pruſsiæ geſsi? Primum eſt quod audio, mihi quod ne ſomnianti quidem in mentem vnquam venit. Vnde illud ſterquilinium has nugas hauſerit, ignoro: Cur in medium protulerit, facilè ſubolfacio, vt hac ſcilicet ratione tantò maiorem difficultatẽ rebus meis incutiat. Ego porrò nulla difficultate docuero, ſplẽdidiſsima eſſe mendacia, quæ adfers, idq́ Regis Galliæ & Portiani principis literis, & Ducis Montmerantij gubernatoris Pariſiorum publica ſecuritate, quibus nullo alio titulo, quàm Marchionis Veronæ compellor: quem & ipſum non ex me, ſed ex literis Ducis Boruſsiæ acceperant. Quòd ſi Ducis Boruſsiæ mihi titulum arrogaſſem, & idcirco magnis honoribus affectus fuiſſem, vtiq; non me compellaſſent Marchionem Veronæ, ſed Ducem Boruſsiæ. Fortè anſam calumniandi inde ſumpſit, quòd Dux me in filium adoptauerat, & hoc nomine tam publicis quàm priuatis ſcriptis dignabatur. Ita facilè ſummum illud opprobrium, & nebulonis compellatio, in omnium nebulonum nebulonẽ Auicinium reſilit. Quomodo verò me in inferiori Germania geſsi? Quibúſnam impoſui? Quos obſecro facultatibus ſuis fraudaui? faciat palàm, ſi poteſt: Feciſſet vtiq; ſi potuiſſet. Antuerpiæ fui, fateor: quò me Pariſiis receperam, vt ibidem eam pecuniam à numulario reciperem, quam Dantiſci apud Menſarium depoſueram. Recepta pecunia iterum Pariſios repetij, ac in ipſo itinere, ſub veſperam incidi caſu in oppidum quoddam Ducis Ariſcotiæ, vbi mihi pernoctandum fuit. Dux quia intellexerat peregrinum aliquem pluribus equitibus ſtipatum adeſſe, facere non potuit, quin pro ſua in peregrinos hoſpitalitate me conuiuio & hoſpitio exciperet. Quæſiuit ille quiſnam eſſem: Dominum Creutzburgi deprehendit. Primo tandem diluculo rectà Pariſios contendi. Nuſquam alias in inferiori Germania fui: minus cuiquam impoſui, aut quenquam ſuis facultatibus fraudaui. Quã verò cauſam rex cognouit? vbi in aula Regis fui? nec Regis aulam, nec regem vnquam vidi. Aberam quidem à Mollino, vbi tum rex Comitia celebrabat, tribus miliaribus: at propter negotia quibus Rex obruebatur, & paratas mihi inſidias literis Ducis mei, & Portiani Principis relatione detectas, legationem cõſilio dicti Principis

Pariſios

patrisios distuli; Interea ad alia negotia conficienda animum appuli, quæ scilicet in Italia, & Illyria restabant: quibus annum integrum impendi(sunt ex ecclesia Malmedrij, responsis Europæis præfixa, intelligere potuisti) antequā Coloniam peruenissem. Vnde primum accepta illa Tyrannidæ Brutena in ditionem Monasteriensem, propter nunciorum commoditatem delatus sum. Monasterium tandem non subitò, vt tu ais, profugi: sed postremò exacto videlicet integro anno, & peracta illa peregrinatione veni, vbi non quidem ita latito, vt nemo scire me hîc morari, neminiq́ue copia mei esse possit, sed ita demum, vt Ecclesiæ quod debeo persoluam. Quo id spiritu faciam, nō est quod sterquilinium illud miretur, cùm nisi in spiritu sancto ne Iesu quidem nomen proferre quisquam, tantum abest, vt pro ecclesia vitam interponere & vsque adeò excubare, tantosque labores sustinere, quos ego hîc pertuli, queat: ego potius miror, quo ille ore tam petulanti & impudenti se Deo ostentare audeat, qui non vereatur innocentem tanta iniuria & contumelia illacesitus lacessere, & in dona spiritus sancti tam procaci lingua & furiosa petulantia atque inusitata rabie inuadere? Quod ad desponsationem porrò illam attinet, non est tibi eius rei reddenda ratio, de pecunia absumpta malè accepisti, cuius paulò ante reddidi rationem. Verū hæc quoque tu intelligis nugatoria esse. At enim, inquis, illud nugatorium certè, minime esse, Nasus voluit, quod Cæsarem libello Reginæ iustitiæ offenderis, quæ vna causa amplissima est tuæ proscriptionis, Mitto quęrere hanc causam, quæro qui sciat? tametsi illum dicere & enumerare caussas omnes oportebat, & id erat certi accusatoris officiū, qui tanti sceleris argueret, explicare omnia vitia atque peccata mea, quibus incensus potuerim animum inducere, vt naturam ipsam vincerem, vt amorem illum erga patrem patriæ penitus insitum eijcerem ex animo, vt denique filium Patriæ me esse obliuiscerer, quæ sine magnis meis peccatis accidere potuisse, non arbitror. Verum concedo illi vt ea prætereat quæ cum tacet, nulla esse concedit, me composuisse & edidisse libellum illum, certè ille planum facere debet. Quid ergo adfert, quo id probet? verè nihil potest dicere. Fingat aliquid saltē commodi: vt ne planè videatur id facere, quod apertè facit, meis fortunis, & summorum virorum dignitati illudere. Sed digrediar ad Nasum.

Obiectum de calumnijs in Cæsarē dilui tur.

Responsio.

Composuisti, inquis, libellum istum. vnde scis? Rumor est, à quo hic Rumor? Nescio. scis certo me esse autorem? non. Cur ergo affirmas? puto. Puto? Attulitnè putare ipsum alicui culpam? inussitnè maculam? nemini. Quid est aliud iudicio, ac legibus, ac maiestate imperij abuti ad quęstum atque ad libidinem, nisi hoc modo accusare, atq; id obijcere, non planū facere, quod non modò nō possis, verùm quæ coneris quidem? Nemo est Naso, quin sciat tibi inimicitias, aut tuo sterquilinio mecum, quem nec vidistis vnquam, nec cognouistis, nullas esse: Vident omnes qua de causa mihi inimici veniatis. Sciunt Brutena pecunia vos adductos esse. Quid ergo est? ita tamen quæstus vos cupidos esse oportebat,

Obiectio.

Responsio.

tebat, vt summorum virorum existimationem, & legem Memmiam putaretis aliquid valere oportere. Accusatores multos esse in Ecclesia, in imperio, in ciuitate, vtile est, vt metu contineatur audacia, Veruntamen hoc ita est vtile, vt ne planè illudamur ab accusatoribus. Innocens est est quispiam: Veruntamen quanquam abest à culpa, suspicione tamē nō caret. Tametsi miserum est: tamen ei, qui hunc accuset, possim aliquomodo ignoscere. Cùm enim aliquid habeat quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, apertè ludificari & calumniari sciens non videatur. Quare facile omnes patimur esse quàm plurimos accusatores: Quod innocens, si accusatus sit absolui potest: nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. Vtilius est autem absolui innocentē, quàm nocentē causam non dicere.

Anseribus cibaria publicè, inquit Cicero, locantur, & canes aluntur in domibus vt significent, si fures venerint. at fures internoscere nō possunt, significant tamen si qui noctu in domum venerint. Et quia id est suspiciosum: tametsi bestiæ sunt, tamen in eam partem potius peccant, quæ est cautior. Quòd si luce quoque canes latrent, cum deum salutatum aliquem venerint, opinor ijs crura suffringantur, quod acres sint etiam tum, cùm suspicio nulla sit, simillima est accusatorum ratio. Alij vestrum anseres sunt qui tantūmodò clamant, nocere non possunt. Alij canes, qui & latrare & mordere possunt. Cibaria vobis præberi videmus: vos autem maximè debetis in eos impetum facere, qui merentur: hoc populo gratissimum est. Deinde si voletis, etiam tū cùm verisimile erit aliquem commisisse, in suspicione latratote, id quoque concedi potest, sin autem sic agetis, vt arguatis aliquem perduellionatus, hæreseos, criminis falsi, criminis læsæ maiestatis, neque dicere possitis, aut quare, aut quomodo, ac tantumodò sine suspicione latrabitis, crura quidem nemo vobis suffringet: sed si ego Pont: opt. Max. & magistratum vestrum noui, literam illam, cui vos vsque eo inimici estis vt etiam eam omnes oderitis, ita vehementer ad caput affiget, vt postea neminem alium, nisi fortunas vestras accusare possitis. Quid mihi ad deffendendum dedisti bone accusator? Quid alijs ad suspicandum? Rumor est, inquis? Audio, sed vnde hic rumor? nemo dicit. Putas me fecisse? Planum fac, nihil est. Quęre Typographum, qui excudit, quære ex typographo àquo acceperit excudēdum. Prussia, inquis, alit Typhographum. At hoc falsum est. Quære typum. Prussia talem non habet. Quęre stylum, meus non est. Confer Censuram, Vraniam, & Querelam (præterea enim nil ego vulgari lingua vnquam edidi) cum libello Iustitiæ Reginæ, stylus ipse docebit, qui toto cœlo differt, me illius libelli autorem non esse, fateor quidem facilè responsum aduersus Thruchsum nomine meo, consensu iudicis in Borussia excusum: sed ne is quidem liberà me compositus est. Deinde eo responso honorificè de Cæsare, Rege, & cunctis sentio & palam protestor me nihil adferre, quod Cæsarē lædere possit: nil

nil iniuriandi quenquam, sed defendendi gratia saltem omnia illa in medium producere aduersus Thruchsum. Neque verò Iustitia illa Regina quicquam continet, quod responsum vberius non contineat, vt non videam cur libellum illum edere, & rem eandem toties repetere, cùm nil noui adferat, debuerim? Ne ego quidem autores illius potuissem assequi, nisi illi ipsi, cùm in Gallijs essem, ad me scripsissent, & libellos illos vnà cum edito carmine Nigidij pro innocentia, salute, & legationis meæ fausto successu transmisissent, gloriatique fuissent sua opera factũ, quòd quidam in Borussia ab officijs depositi fuerint: quæ res quàm me malè habuerit vniuersa familia mea nouit. Vultis ergo vobis autores referam? Res ita planè habet. Responsum illud nomine meo Ioannes Schnellius vir consultissimus conscripsit, ego non conscripsi (non enim vt antea memini, vulgari lingua quicquam scribere consueueram, antequam in exilium actus, necessitate ad reddendam idiomate Germanico querelam, Vraniam & Censuram adigerer: hæc duntaxat sunt, quæ per omnem ætatem meam meo Marte, Germanico sermone edidi) conscriptum tandem priusquam ederetur, semel atque iterum Balthazare Gansſ Secretario prælegente, à Principe correctum est. Correcto exemplari epistola ad lectorem, & ipsa meo nomine à Ioanne Functio præfixa est, qua excusatur humilior dicendi modus, id est, phrasis Pomerana (Schnellius enim Pomeranus fuit) & quidam pleonasmi, atque frequentes eiusdem rei repetitiones. Id Schnellius vindicare cupiens, adhibito studio Steinbachij, patria Misnensis, & Horstij Theutonica eloquentia præditi, istam ipsam Reginam Iustitiam fecit, & me in legatione absente, & prorsus inscio Steinbachij opera primò Islebij, deinde Lipsiæ edi curauit, in Prussiam aduexit, & demum ad me in Gallias, per peculiarem Principis veredarium, vt literæ vtriusque, & quoque Principis testantur, dedit, quas ego Vilneuij, qui pagus à Mollino, vbi tum Rex comitia celebrabat, sicut iam antea retuli, tribus tantùm Gallicis milliaribus distat, primùm accepi. Itaque cùm hoc modo accusas Nase, nónne hoc palàm dicis, ego quid acceperim scio, quid dicam nescio? Nescio verò? Quid si me scire docuero?

Nihil quidem noui adfert Regina Iustitia, quòd ad tuam equidem causam attinet: illud tamen & nouum est, & inauditum, quòd illa summa temeritate in Austriacæ domus opprobriũ protulit. Quid hoc quæso? Quid autem? Quasi ipse melius non nouisses, quàm ego qui quæro. D.iiij. puto, quo maiestas Cæsaris læditur. Profectò siue tu, siue quisquis alius, autor extitit illius probri, homo non tã leuis & temerarius quàm omni supplicio dignus est. Quid verò hanc notam in alios transfundis, cùm suspicio te planè haud parua notet? Res tua agebatur, deq; tuis originibus, & Cæsare aduersæ parti opitulante: hinc vt Cæsarem vicissim notares, hanc calumniam in medium attulisti. O insignem impostorem, ô de- Obiectio. Responsio.

O detestandam criminationem, tu mihi rem imposuis Nase, cuius constant iam autores? tu mihi ingeris tanta impudentia & procacitate, qd nemo non nouit falsissimum esse? Galli domui Austriacæ, per multos annos infesti, primi illud probrum comměti sunt. Vnde ad multos manauit, & in prouerbium quodammodo abijt, vt quoties domū Austriā cōpellarent, illo scommate vterētur: Quod tandē ab Agrippa, Mōstero, Rhelingero, Iacobo Sturmio, & Zeellio annotatum est, ac demum per Steinbachium rescriptum: idq́, non vt vlla ratione Cæsar offenderetur, sed vt potiùs in memoriam reuocaret, quoniam ne suo quidem nōmini à malis parcatur, mirum non esse si meum ab eisdem impetatur. Quo sanè argumento aliud non agitur, quàm vt crimen confictum, crimine

Obiectio. confictо depellatur. Qui scis, si aut tu non sis autor illius libelli, aut

Responsio. tuo consensu nō sit scriptus? Quia idē illi sæpius me id audiente & refragante solebant in medium proferre: Quin & Truchsus ille ipse, pro quo Zasius nomine Cæsaris egit, idem sępe Schnellio referre. Cęsari à primis annis infensissimus. Deinde manus illorum quodaio cōfirmabit. Itáne? ita verò. Fac autem ego libellum illum composuissem, quid tum postea? Non enim iniuriandi, sed defendendi gratia fecissem. Quo fit, vt Cęsarem semper ab iniqua factione exceperim, & salua maiestate tam Cæsaris, quàm regis omnia peregerim, vt videre est 2. Respons. Brut. Neq verò si sapis, aduersus Cæsarem, sed contra Zasium instrumentatorem Regina Iustitia scripta est. Testatur id eiusdem G. 1. Præterea si quid esset, quod vel in suspicionem minimam rapi posfit, quóue docere me criminis vllius reum esse, vtiq non tanta clementia Cæsar Spiræ libros meos, accepisset, & tanta benignitatę puerum meum audiuisset, atq. cū viatico ad me remisisset, multò minus Rhenum Molleri, quem & ipsum suæ maiestati transmisi, quo tota controuersia & vniuersa Scaligerorum series, ditiones, & varia fortuna nostra, pulcherrimo carmine descripta, & cū Cæsaris priuilegio euulgata est, ęquo animo tulisset. Quæ

Quæstio. quidē signa apud me sunt summi erga innocentiam meam gratiæ Cæsa-

Responsio. ris momēti. Itáne verò summi momēti? Quid tibi Cęsar rescripsit? Hoc; quod refero. Per quem? Per seniorem suū cubicularium, Dominum Georgium, Baronem preskauij, &c. Quid præterea? plura distulit in aliud

Quæstio. tempus rescribere: hæc gratia mihi abundè satisfacit. Quid ita distulit?

Responsio. Quia propter multitudinem negotiorum, quibus in publicis comitijs obruebatur, definire rem non poterat: Maximè verò cùm se rex Poloniæ finitis comitijs esset in finibus regni, aut Vratislaniæ conuenturus, statuit priùs cum eo de negotio conferre, quàm mihi certò & definitè respōdere idcirco decretū Cæsaris habet, q illa plura rescribere non potuerit. Si tibi hæc gratia parua videtur, mihi vtique maxima, maximè quòd aduersarij mei, scilicet Brutenæ factionis homines comitijs interfuerint, & multa tētarint, nulliq pecunię perceperint, qua me rapere, agere, & prosternere possent: frustra omnia. Tantum enim abfuit, vt Cæsarem ad sui propositi væsaniam pertraherent, vt etiam me incolumem & Cæsaris gratia fulcitum, vel inuiti ferre, librosq́ue meos

in comitijs Imperialibus, præsente Imperatore, venales spectare, suo magno cum opprobrio coacti sint. Atenim, inquis, quantumuis maxima sit ista gratia tibi, necdum tamen certo te restitutum Borussiæ esse, necdum proscriptione liberatum. Hæc mora Nase, mihi, non tibi ferenda est, quod enim differtur non aufertur. Deinde bene mecum agi puto, quòd pacatißimæ mentis Cæsaris serenitatem & clementiam, hactenus maleuolorum nebulis obtenebratam, & obtrectationum sibilis ad iracundiam concitatam, obfusumq; ira ipsius animum, & moderationem exasperatam, salutarem demũ existimationem subire videam. *Obiectio.* *Responsio.*

Verum enimuerò, inquis, facilè, quàm vera sint quæ ais, ex Principum Electorum Consiliarijs, & in primis Cancellarijs videre est, qui quantum ab opinione Brutena discesserint, tute hoc tuo itinere intellexisti. Maguntinus Cancellarius certè, licet commendatus illi fueris, quid de te sentiat nulla difficultate accepisti: idem haud dubiè & apud alios expertus es, vt interim taceam, quòd, quantumuis vtrunque Electoris & Maguntini & Treuirensis commendatione fulcitus fueris, non tamen obtinueris à Coloniense vt te audiret. *Obiectio.*

Ah lepidulum capitolium, hócne est residuum asylum quo confugias? Quasi verò idcirco sequatur quod contendis: quasi quòd vnus atque alter tuis fraudibus deceptus, pertinaciter tuis nugis adhæreat, ideo omnes idem agant. Succeßit mihi, laus Deo, apud Maguntinum Electorem Dominum meum clementißimum ex sententia: accedente etiam patrocinio Reuerendi & pij viri Domini Lamberti Aueri sacræ Theologiæ doctoris, & Collegij Societatis Iesu Maguntiæ Rectoris, & aliorum istic optimorum patrum, veluti quibus rei veritas & legatio nostra innotuit. Vtinam autem Cancellarius ille adfuisset, qui in negotijs Principis sui abesse coactus fuit, proculdubio tuis fucis cognitis, vltrò tibi valedixisset. In eadem enim opinione & clarißimus vir D. Ioannes VVimphellius Treuirensis Cancellarius erat: vbi porrò rem & legationem ipsam atq; originalia ipsa, quæ illi in hoc negotio ostendi perlegisset, è vestigio in partes meas concesit, & meam causam Electori Treuirensi domino meo benignißimo commendauit: id quod iam antea quoque, verè nobilis & optimus vir Dominus Philippus à Nassau, eiusdem Electoris Consiliarius, visis eisdem documentis summa humanitate præstitit. Quibus omnibus eo nomine quantas maximas animus meus capere potest, ago & habeo gratias perpetuas atq; sempiternas. Ita vides mihi apud vtrunq; Electorem optimè succeßisse, veluti à qbus clemẽtißimè & susceptus & auditus, & dimissus sum. Quod ad Coloniẽsem Electorem attinet, & ipsum Dominum meum suspiciendißimũ, sua Celsitudo paratißima fuit me benignißimè audire, ita tñ vt id fieret p̃sentibus Cõsiliarijs: Cùm autẽ ab Electorib. prædictis, semotis arbitris auditus fuerim, idemq; me etiã ab hoc obtinere posse putarim, neq; sciuerim eam huic Principi esse consuetudinẽ, vt neminẽ solus audiat: ac ideo oblatã illã benignißimã suæ C. progensionẽ, qua me siue Bruvvilli, siue Coloniæ audire proposuerat, *Responsio.* *Quomodo Scaligero apud Electores suc cesserit.*

nus, Origenes, Tertullianus, Augustinus, & multi alij in fide errârunt, & opiniones illorum pro hæreticis dânatæ sunt, licet ipsi habeantur in Canone sanctorum. Quî fit ergo, inquis, vt horû autoritate, quos constat in fide errasse, tota ista tua oratione aduersus me egeris? Non ego quicquam contra te autoritate illorum, quatenus singulorum autoritates sunt, sed ea tantùm ratione, qua omnium autoritates in vnius Ecclesiæ autoritatem confluxerunt. Qua in re iuxta Lirinensem animaduertendum est, vt in Ecclesia Catholica id teneamus, quod vbiq; quod semper, quod non ab hoc, vel illo saltem, sed ab omnibus creditum est. Hoc est enim verè & propriè Catholicum (quod ipsa vis nominis ratióq; declarat, quæ omnia verè vniuersaliter comprehendit) sed hoc ita demum: si sequamur vniuersitatem, antiquitatem, consensionem. Sequemur autê vniuersitatê hoc modo, si hanc vnam fidem veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia. Antiquitatem verò ita, si ab his nullatenus sensibus recedamus, quos sanctos maiores ac patres nostros celebrasse manifestum est. Confessionem quoq; itidem, si in ipsa vetustate omnium, vel certè penè omnium sacerdotum pariter & magistrorum definitiones sententiásque sectemur. Quid igitur faciet Christianus Catholicus, si se aliqua Ecclesiæ particula ab vniuersalis fidei cômunione præciderit? Quid vtiq; nisi vt pestifero corruptóq; membro, sanitatem vniuersi corporis anteponat. Quid si nouella aliqua contagio, non iam portiunculâ tantùm, sed totam pariter Ecclesiam cômaculare conetur? Tunc item prouidebit, vt antiquitati inhæreat, quæ prorsus iam nô potest ab vlla nouitatis fraude seduci. Quid si in ipsa vetustate duorum aut trium hominum, vel certè ciuitatis vnius, aut etiam prouinciæ, alicuius error deprehenderetur? Tunc, omnino curabit, vt paucorum temeritati, vel inscitiæ, si qua sunt vniuersaliter antiquitùs vniuersalis Ecclesiæ decreta præponat. Quid si tale aliquid emergat, vbi nil eiusmodi reperiatur? Tunc operam dabit, vt collatas inter se maiorum consulat interrogétq; sententias, eorum duntaxat, qui diuersis licet temporibus, & locis, in vnius tamen Ecclesiæ Catholicæ communione & fide permanentes, magistri probabiles extiterunt: & quicquid non vnus aut duo tantû, sed omnes pariter vno eodémque consensu apertè, frequenter, perseueranter, tenuisse, scripsisse, docuisse cognouerint, id sibi quoque intelligat absque vlla dubitatione credendû. Quicquid verò, quàmuis ille sanctus & doctus, q̃uis episcopus, q̃uis côfessor & martyr, p̃ter oês aut etiam côtra omnes senserit, id inter proprias, & occultas & priuatas opiniunculas, à communis, publicæ, ac generalis sententiæ autoritatê secretû sit: nec cum summo æternæ salutis periculo, iuxta sacrilegâ hæreticorû, & schismaticorû cûsuetudinê, vniuersalis dogmatis veritate dimissa, vnius hominis nouitiû sectemus errorê. Diximus proinde hâc semper & fuisse & esse Catholicorû consuetudinem, vt fidem veram duobus his approbent. Primum diuini Canonis autoritate: deinde Ecclesiæ Canonicæ traditione; non quia Canon solus, non sibi ad vniuersa sufficiat, sed quia

Quæstio.
Responsio.

Quid Ecclesia Catholica, & quomodo orientibus hæresibus nos in ea gerere debeamus.

quia verba diuina, pro suo plerique arbitratu interpretantes, varias opiniones erroresque concipiãt, atque ideò necesse est, vt ad vnam Ecclesiastici sensus regulam scripturæ cœlestis intelligentia dirigatur: in ijs duntaxat præcipuè quæstionibus, quibus totius Catholici dogmatis fundamenta nituntur. Itaque necesse est omnibus Catholicis, qui sese Ecclesiæ matris legitimos filios probare student, vt sanctæ sanctorum patrum fidei inhæreant, agglutinent, immoriantur: prophanas verò prophanorum nouitates detestentur, horrescant, insectentur, persequantur. Hactenus ex Lirinensi ad verbum. Ita iam satis apparet, patres illos quomodo citauerim, & quantum illis, quantumque tibi sit tribuendum. Illorum sententia & autoritas si vniuersitati, antiquitati, & consensioni respondent, obuijs vlnis accipienda est: sin minus vt inter priuatas & occultas opiniunculas secreta sit, neque verò quicquam illorum autoritate afferui quod non semper in Ecclesia, & vbique ab omnibus creditum sit. Tua opinio porrò, quæ non tam ab vniuersitatis, & antiquitatis consensione abhorret, quàm etiam palàm vetustissimorum hæreticorum iam olim sepultas hæreses resuscitat, & profitetur, non tam reijcienda, quàm insectanda & persequenda est, quæ cùm omnia constent, animaduertendũ est pariter vno maleficij genere te non modò ac Ecclesiã, verumetiam mores, leges, consuetudinem imperij, atque instituta maiorum violasse. Túne cœtus istos cõmilitonum tuorum contra præcepta Dei & Ecclesiæ contra leges nostras, contra verò senatus ac plebis autoritatem resucitandos, & ab Orco reuocandos putauisti. Quid leges Chrstianas violas, Neopiste? quid senatus Ecclesiæ? quid Pont. Optim. Max. autoritati contradicis? Aequum enim est instituta maiorum, atque edicta grauissimi sanctissimique Ecclesiastici ordinis, quia perstringere vesania tua non es veritus, ea restituas, ac sarcias supplicij tui memorabili animaduersione. Propter exiguã notã fraudati precij Ananias & Saphira extremo supplicio affecti sunt: & Ecclesia te non modò leges suas, atque autoritatem senatus sui crudeliter labefactantem, verumetiam vniuersa sua membra, vniuersos cœlitum ciues ad perniciem ferro flammáque deuorantem, impunè perferret? Contundendum potiùs est genus istud inauditi furoris, comprimendi homines gestientes effrenata temeritate, flagrantes inusitatis cupiditatibus, furentes incredibili superbia: spe nouandarũ rerum miserabiliter inflammatis. Quid etiã res ipsa publica non modò euentu crudelissimæ calamitatis, verumetiã metu ac suspicione liberãda. Hæc sunt media, hæc argumenta beatissime ac sanctissime pater, Pont. Opt. Max. collegium Cardinalium, & senatus Apostolice dignissime atque reuerendissime, qbus apud optimũ principẽ, cuius memoria nõ potest mihi non per omnem meam vitã esse iucundissima, Albertũ seniorẽ Marchionẽ Brandenburg. primũ ducẽ Prusiæ pfeci, vt Ecclesiæ Rhomanæ doctrinã & obedientiã & agnouerit, & instaurandã per vniuersam Prusiã susceperit, mihique eius rei negotiũ dederit, vt qd' in sua persona præstitissem, quoque in principatu vniuerso, sedulò

præſtarem. Ablegauit ergo me cū plena poteſtate, primum ad Regē Galliæ, deinde ad ſanctitatē tuā, tandē ad glorioſiſsimum Cęſarē, & imperij Romani potiores principes, vt omnibus rebus compoſitis & tranſactis pacem Pruſsiæ & religionem Rhomanā adferrē? quod cùm quidā homines Neopiſti ſubolfeciſſent, opera quorūdā epiſcoporū regni Polonię, quos ſuis fraudibus deceptos ad eā rē cōparauerāt, miſerādā illā tragœdiam & flammā Reip. me abſente excitarunt, principem de imperio pcipitarūt, alios trucidarūt, alios relegarūt, me verò abſentē cōtra omne ius & diuinū & ciuile, omniumq́ populorū conſuetudinē, contraq́ omniū Pōtificū cōſtitutiones q nolunt vt abſentes in iudicio vllo modo aut accuſentur aut dānentur, id ꝙ ex Bonifacij primi decretis apparet, proſcripſerūt: ſumptus ad legationē cōficiēdā deputatos partim interceperūt, partim ſuppreſſerūt, oēmq́ aditū mihi ad abluenda crimina pręcluſerūt, & apud oēs paſsim, quo minus cauſa mea cognoſci poſſit, me nefariè detulerūt: id ꝙ dudū aliquoties tuæ ſanctitati per literas Michaëlis Visbeckij Theſaurarij Dauērienſis cura trāſmiſſas, aperui, ſæpius iā & publicis & priuatis ſcriptis, & Regē & ſenatū ipſius atq; ordines, & nominatim, Cardinalē Hoſiū, & archiepiſcopū Gneſnenſem: itē Epiſcopos Cracouiēſem, Vladiſlauiēſem, Pomeraniæq́, Poſnauienſem, & Plocēſem pręcipuos apud regē ſenatores, & ego, & nomine meo Epiſcopus Monaſterienſis princeps, vt noſtis, Catholicus, cōpellaui, vt mihi liceat corā Rege aduerſariorū meorū obiecta, idq́ ꝓpoſita pœna capitis ſi quicquam criminis in me cōſtiterit, diluere, vtque rē eccleſiæ, in cuius commodum ablegatus eſſem, promouerēt, necdum tamen vel ego, vel Reuerēdiſsimus Monaſterienſis, quicquam reſponſi à quoquā illorum accepimus, dubiumne ergo eſſe poteſt, omne crimen, quod mihi falsò obiectatur, in aduerſarios meos verè reſilire, dum cauſam meā cognoſcere hi recuſant, quorū authoritate ad illorū ſubdolā & nefariā delationem eiectus, aut potius prohibitus ſum. Quòd ſi Epiſcopis, curæ res Eccleſię nō ſit, ſanctiſsime pater, ampliſsime ſenatus, qbus ergo erit? Quo mihi tādē, denegata iuſtitia, niſi ad vos, quorū cēſuris & autoritate hi adiguntur, ius reddere, qui alioquin ad reddendum vel tardiores, vel difficiliores, vel etiam alieniores videntur, confugiendum eſt. Quòd ſi ex decerto Iulij papæ, huius nominis primi, à iudice ſuſpecto Rhomana ſedes poteſt appellari: quantò magis negata iuſtitia, eadem ſedes, maximè inter Catholicos appellanda erit? Quæ res igitur, ſcilicet & negare Iuſtitiam, & in Eccleſiæ Rhomanæ detrimentum nihil non moliri, ſi vobis, vt eſt, indigna atque intollerabilis videtur, non iniquum fuerit autores, conſectatores, & inſtauratores illius, factionem ſcilicet, atque coniurationem Brutenam, tanquam cladem omnium crudeliſsimam, viſceribus Boruſsiæ propulſare. Qua propulſata dubium non eſt, quin Eccleſiæ Boruſſæ ſimul cū ordine redeat priſtina tū dignitas tū trāquillitas. Sed, inq, Neopiſte, lōgè diuerſa eſt ratio, cur in te acerbius animad

uerſum

uersum sit. Nō religio fuit, quā falsò ꝑtendis: maleficia tua, si verū fatearis, facilè causam ꝓdent. Hæc nec te latēt, teste cōscientia tua ipsius, nec nos, veluti q̄ Nasus, Minorita, & Auicinius poëta Ingolstadij typis Alexandri Vveissenhorn iunioris, satis clara & manifesta omnibus fecerūt. Maleficia verò? Sed anteq̄ hæc discutiātur à vobis Pōt. Opt. Max. Cardinales & senatus sanctissime, cōtendo, vt audaciū sceleri resistatis, innocentiū calamitatē leuetis, & in mea causa periculū, ꝙ in oēs intenditur, ꝓpulsetis. Quòd si aut causa criminis, aut facti suspicio, aut q̄libet deniq; vel minima res in me reperietur, quāobrē videātur, illi nōnihil tñ in deferēdo nomine secuti. Postremò si ꝑter eā ꝑdam, quā dixi, qcq̄ aliud causæ inueneritis: nō recuso quin libidini eorū vita mea dedatur. Sin aliud nihil agitur, nisi vt ijs ne qd desit, quibus satis nihil est: si hoc solū hoc tēpore pugnatur, vt ad illā opimā ꝑclarāq; ꝑdam dānatio mei velut cumulus accedat, nōne cū multa indigna, tū vel hoc indignissimū est, vos idoneos habitos, per quorū cōniuentiā id assequātur, ꝙ antea ipsi scelere & ferro assequi cōsueuerūt, q hoc à vobis patrib. iustissimis nō dubitēt expectare, nō modò vt supplicia vitēt, q̄ ꝓ maleficijs suis metuere atq; horrere deberēt, verūetiā vt spolijs meis hac cōniuentia ornati, auctiq; discedāt? Cui rei cū vita mea obstare videatur, & sentētia iudicis diffinitiua, atq; vniuersæ Europæ respōsa & suffragia, qbus aduersarij mei damnati sunt, ꝑfecerūt suis artib. hoïes hæretici, vt aliquis Catholicæ ꝓfessionis audaculus corā vobis & vniuerso mūdo causam istā tuendā atq; propugnandā susciperet. Qui se ergo illis ad hāc tā nefariā ꝑdam adiutorē ꝓfiteretur, Nasum Minoritā Ingolstadij adepti sunt, qui inusitata rabie petulāter in nomē meū & religionē inuasit. Hic se satis doctè ac peritè illis obsecundatū putauit: nō eñ me sperauit mutuā sibi gratiā relaturū, vt vicissim Methodo nostra de reuocādis hæreticis ab erroribus se compellarem, & cū suæ immunitati confideret; qua à iurisdictiōe omniū exemptus est, vt ad vos causam deferrē, apud quos nulla immunitas vlli sceleri fauere potest, vestroq; iudicio submitterē, id quod iā pridē feci. Quocirca de istius imposturis, cùm ibi abundè satis egerim, hic prætereundū iure putaui. Qm̄ verò, hic & ipse aliū patronū, scilicet illū Poëtastrū Auiciniū, qui sibi patrocinanti, patrocinaretur adhibuit, egit vt suas iste nugas in compendium redigeret, & q̄ à se prætermissa fuissent, suppleret: Huic igitur siquid Neopistus attulerit respondendum erit: vos autem patres optimi oro atque obsecro, vt quales vos hactenus semper omnibus quærentibus, & maximè Catholicis præbuistis, tales vos & hîc mihi impertiatis, & quàm acerrimè maleficia vindicetis, quámque fortissimè hominibus audacissimis resistatis, & hoc cogitetis, nisi in hac causa, quis vester sit animus ostenderitis, eò prorumpere hominū istorum cupiditatem & scelus, & audaciam, vt non modò clàm, verumetiam in ipso foro, ante tribunal vestrum, ante pedes vestros, inter ipsa subsellia, cædes futuræ sint.

Dilautur obiecta Nasi & Auicinij.

Obiectio.

Responsio.

Etenim quid aliud his calumnijs, & nefarijs insidijs tentatur, quàm

quàm vt id fieri liceat? Criminantur ij, qui in fortunas meas inuaserunt. Causam dico ego, cui præter calamitatem nihil reliquerunt. Criminantur ij quibus me proscribi bono fuit: causam dico ego, cui non modò luctum proscriptio illa attulit rerum etiam ægestatē. Criminantur ij, qui me iugulare summè cupierunt: causam dico ego, qui nusquā sine præsidio comparere possum, ne etiam ante oculos principum ab eis trucider. Denique criminantur ij, quos Brutena factio poscit, Nasus scilicet cum suo sterquilinio Auicinio: causam dico ego, qui vnus relictus ex illius nefaria cæde resto. Itaque sanctissime pater, senatus amplissime, quæ sit omnium mortalium expectatio, quæ cupiditas, vt acria ac seuera iudicia fiant, intelligitis. Tu verò Neopiste, maleficia illa quæ te patefacturū recepisti, iam fac plana. Plana quidem fecero, modò tu illa non complanaueris: quod tua ista imploratio satis munere videtur. Ego porrò rem tibi absque vllis inuolucris verborum patefaciam. Perduellionis causa proscriptus es. Perduellionis reus ego arguor? Scelestum Deus immortalis, ac nefarium facinus neque eiusmodi, quo vno maleficio scelera omnia complexa esse videantur. Etenim si id quod præclarè à sapientibus dicitur, Vultu sæpe læditur pietas quod supplicium satis acre reperietur in eum, qui insidias struxerit magistratui, qui Ecclesiæ coniurationis laqueos tetenderit, & catenas scelerum conflauerit? pro quibus mori ipsum, si res postularet, iura diuina atque humana cogebant. In hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quibus tandem illum argumentis accusatorem censes vti oportere? Nónne & audaciam ei qui in crimen vocetur, singularē ostendere debeat, & mores feros, immanémque naturam & vitam vitijs flagitijsqúe omnibus deditam, & denique omnia ad perniciem profligata atque perdita? quorum ille nihil in me ne obijciendi quidem causa contulit. Hos tu homines longè audacissimos imitaris? & quod inter oēs constat, nisi inter eos, qui ipsi quoque insaniūt, insanissimos similes quondā apud Rhomanos. Is cū C. Fimbrij curasset in funere. C. Marij. vt Q. Scæuola vir ornatissimus vulneraretur diem Scæuolæ dixit, posteaquam comperit eū posse viuere. Cùm ab eo quæreretur, quid tādē accusaturus esset eum quē pro dignitate ne laudare quidē, quisquā satis cōmodè posset, aiunt hominem (vt erat furiosus) respondisse, q̄ nō totū telum corpore recepisset. Estne hoc illi dicto atq; facto Fimbriæ nō similimū. Accusor ego. Quid ita? quia me occidere nō potuerūt. Nā p Deū immortalē, q̄d est in hac causa, q̄ defensionis indiget? q̄ locus ingeniū patroni requirit? aut oratoris eloquētiā magnopere desiderat? Perduellis extitit Paulus Scaliger. Qui homo? Cognatus & filius Ducis adoptiuus, qui pro optimi senis salute, vitam suam non semel periculis exposuit: qui omniū aduersariorū nomine candidissimi patris odium in se recepit: qui semper iustas omniū amicitias existimauit: qui non vni priuatim ancillatus est, neque se addixit, sed quātum quisque optimo principi, ipsiúsque Reip. studuit, tantum sibi fuit aut amicus aut inimicus: qui nihil plus voluit valere quàm pacem: cuius gratia etiam ablegatus est. Cùm contrà multi ex aduersarijs

De perduellionatu.

Obiectio.

Responsio.

priuatorum audacias nutrierunt, quod postea illa ipsa factio Brutena re ipsa comprobauit, vt vniuerso orbi innotuit, & quoque ipsiusmet Principis aduersus illos multa scripta testantur: qui nihil timuit nisi leges, multi ex aduersarijs arma sua timeri voluerunt, id quod ex oratione ad regem Bliæ Canitzfij satis apparet: qui deniq; nunquam voluit quicquã posse nisi pro Principe, multi ex aduersarijs potentia freti, in eum suis viribus abusi sunt, quod ipsum quoq; dies ille tristissimus, quem tanta Tyrannide perbacchati sunt, manifestum fecit: vt tantum absit me perduellionis reum posse ostendi, vt etiam in primis aduersarios meos huius criminis reos esse, haud obscurum sit. Profecto nullius amicitia vsus sum, qui non perpetuo principis amicus fuit. Neque enim me pœnitet, si aut petenti Schnellio patrocinium præstiti, aut factionis Brutenæ insolentiam repressi, aut patientiam senatus culpaui, aut virtutibus principis faui: Hæ enim laudes egregij viri & vnicæ sunt, quas si tu mihi vt vitia obijcis, temeritas tua reprehenditur, non vitia mea culpabuntur. Itaque quod tibi accidebat in mala & nugatoria accusatione, idẽ mihi vsu venit in causa optima. Tu quomodo crimen commentitium confirmares non inueniebas: ego res tam leues qua ratione infirmem ac diluam reperire non possum. Itáne verò leues? Tu testimoniũ de te perhibes: *Obiectio.* ego quod profero non ex me habeo: autores patefeci. Non ego, *Responsio.* si bene accepisti, sed sententia iudicis. sed vniuersæ Europæ consilia, sed varia monimenta maiorum meorum, quod aio confirmant. Quid *Obiectio.* quæso? Quid aliud illa omnia agunt, quàm falsò tibi quæstionem status esse motam? Hic autem non de ea re quæritur, sed de perduellionatu. Satis intelligo: neque ego illa testimonia idcirco adfero, sed quod hæc *Responsio.* ipsa quæstio alterius quæstionis, cùm in illa non succubuerim, causam dederit. Cæterùm & huic imposturæ testimonio principis facilè occurram. Maiori edicto ita testatur. Quandoquidem, inquit, compertum ha- *Maioris edicti argumentum.* beamus, non nisi à solo diabolo fata & commenta criminatione & contumelia, in cognatum filium & Consiliarium nostrum Dominum Paulum Scaligerum & subditos nostros, & maximè illos, quos putabamus pacis & fidelitatis studiosissimos esse, summã temeritate ferri, & ipsum in exitium præcipitare niti, quin & autoritatem nostram atq; reputationem adoriri & calumniari, non vereri, sed indies simultatibus, seditionibus, factionibus, & id genus conspirationibus studere: id nobis ferendũ minimè erat: in primis cùm p̃nominatus Dominus Scaliger nobis summa fidelitatis & studij sui officia, & præstiterit, & adhuc sedulò præstet: quod nos spõte & reuera hisce publicis literis nostris testamur. Quocirca nos prædictum cognatum nostrum nõ tam apud nostros, quàm apud vniuersos, illis criminationibus, contumelijs, & falsissima insimulatione hic palàm exoneramus, excusamus, absoluimus, absolutum esse, haberi & sciri apud omnes & singulos volumus. Prætereà publicam fidem & securitatem, quam ei cùm à nobis huc in Borussiam vocaretur, præstitimus, his literis nostris pariter innouamus, & perpetuò tam ipsi quàm

suis omnibus confirmamus. Ac omnibus subditis nostris, atque etiam iis, qui ducatū nostrum quocunque modo frequentant, sub pœna capitali, & amissione honoris & fortunarum suarum seriò iniungimus, vt erga præfatum dominum Scaligerum se ita gerāt, quemadmodum hæc nostra securitas, & sua erga nos fidelitas postulat, videlicet ne à quoquā vel dicto, vel facto, etiā in re minima, offēdatur. Postremò quoque ipsi propriā vindictam in perpetuū absque vlla vlteriori iuris requisitione, concedimus, si prius requisiti aut nos, aut dilectus noster filius, aut successores nostri, ocyus ei ius reddere noluerint. Hęc ille. Vnde satis superque liquet Brutenam coniurationem et Thruchsam factionē crimine lęsæ maiestatis teneri, & periclitatos esse, nō tam de fortunis suis quàm etiam de honore & capite. At enim, inquis, hoc testimonium datum est ante tragœdiam illam, dum tu principem in tua potestate habebas: Postea verò intellexit te absente quod obiicio, atque adeò præscriptioni consensit. Quasi verò quod semel placuit, quod publicè renitentibus aduersariis decretum est, publicis valuis etiam per inimicos meos affixum, & omnibus officialibus, oppidis, arcibus transmissum, tandem rescindi, incognita & inaudita causa possit? Nónne hoc decreto facto paulò pòst ablegatus sum? Sed aliàs isti obiectioni non difficulter occurri potest. Nam post tragœdiam illam tristem cum iam princeps de imperio deiectus, & ego proscriptus fuissem, multæ literæ principis ostendi possunt, quibus priores roborat, & de illata sibi suisquê iniuria queritur. Quandoquidem, inquit, illustrem nobis dilectum cognatum, propinquum, consiliarium, & filium, Dominum Paulum Scaligerum Dynastam Hunnorum, Marchionem Veronæ, dn̄m Creutzburgi & in negotiis nostris grauissimis tam personam nostram, quàm prouinciam, & subditos nostros plurimum concernentibus, ad quosdam principes, & potissimum ad pontificiam sanctitatem, satis instructum ablegauerimus, & is in ea legatione non modò variis insidiis præpeditus, verumetiam quorūdam suorum maleuolorum falsa & iniqua insimulatione, & criminatione, proximè elapso anno à regiæ Maiestatis Polonorum, domini nostri clementissimi, delegatis absens inaudita, & incognita causa proscriptus sit, & hac ratione negotia nostra, propositum, & Ecclesiæ Catholicę commodum & incrementum planè neglectum: non potuimus intermittere, vel propter singulare meritum, suæ erga nos fidei & officii, quod nobis hactenus semper summa diligentia præstitit (id quod hic palàm, sponte, & reuera profitemur, atque publicum illi testimonium hisce literis fidelitatis suæ ex animo perhibemus) quin ipsum & apud nostros, & apud vniuersos mortales, iniqua & falsa criminatione exolueremus, & excusaremus, quemadmodum ipsum vigore harum literarum non minùs ac anteà publico & maiori edicto, quo sibi propriam vindictam concessimus, dictis criminationibus exoluimus, excusamus & apud cunctos exolu-

Obiectio.

Responsio.

Innocentia Scaligeri his literis principi detegitur.

tum

tum & excusatum esse, & præmemoratum edictum atque mandatum in singulis suis punctis, & clausulis, firmum, ratum, acceptum & gratū ab omnibus nostri principatus subditis, perpetuóque valiturum haberi & retineri volumus. Item, Quos, inquit, nos expulsere ad honores euexi-mus, & nobis fidos esse existimauimus, ab ĳs ipsis in præceps acti sumus, falsò delati & proditi, qui etiam nihil prætermiserunt, quod in opprobrium nostrum vergeret, nullisq; artibus pepercerunt, quibus nos exagitarent: tandem quosdam innocentes proditoriè trucidarunt, alios relegarunt, alios persecutionibus & periculis exposuerunt. Scaligerum verò, summa contumelia affectum, in despectum nostrum proscripserunt. Qui etiam (vt animaduertimus) subinde nostro nomine agnatos, propinquos, & amicos nostros, quasi hæc omnia nostro consensu facta sint, literis suis vexant, & non tam in sceleribus suis gloriantur, quàm in nostro mœrore & summa animi perturbatione exultant, & quod maximè anxios nos & perplexos reddit, dolis & fraudibus suis nobis obrepentes, nósque incautos aggredientes fefellerunt, quoniam manu nostra alio prætextu extorta suas imposturas iam aliquoties adornarunt. Hæc ille ad verbum.

Perfidia Bra tenorum prin ceps patefacit.

Vides, Neopiste, quantum Nasi narratio distet ab rè ipsa, atque veritate? Quod omnium populorum lege atque cōsuetudine definitum est, id quasi nouum reprehendit? Quod summa fide atque studio administratum est, id odio & inuidia & proditione factum criminatur? Quod beneuolentia mihi concessum est ab optimo Principe, id fraudi & dolo adscribit? Neque illi non intelligunt, sed vsque eò, quid arguant non habent, vt non modò sibi contra nos dicendum putent, verumetiam contra rerum naturam, contraq; consuetudinem hominum, contráque opiniones omnium. Imò, inquis, Auicinius refert, nisi subesset suspicio aliqua, non frustrà profugisses Prussia, téque in Gallĳs Ducem Prussię, quo nomine tibi magni honores, maiore opprobrio digno nebuloni, in aula regis exhibiti sunt, gessisses: quanquam te & ibi bene gesseris, artes, quibus in inferiori Germania multis imposuisti, multos suis facultatibus fraudasti, & tandem cognita Regi ista fraude, quàm turpiter Monasterium, vbi nunc latitas, profugisti, nemo non videt: vbi quonam spiritu Catholicam religionem defendas, & pietatem profitearis, atque sedulus templis & sacris intersis, Deus nouit. Nihil dicam, quod fama fertur, te ablegatum, quo iuniori Duci Regis filia desponsaretur: tu autem pecunia consumpta rem ne attigisti quidem.

Auicinĳ obiecta diluuntur.

Bona verba quæso. Omnia video vno impetu, & hepar & pulmonem euomuisti: Caueto ne ad mortem vsque ægrotare videare & tu, & sterquilinium illud, cum sua diabologia, quam tanto furore edidit, vnde hæc conuicia deprompta esse ais.

Responsio.

Tuli ego istas vestrās incredibiles & inauditas calumnias patienter, & vos eousque impatientia venistis, dum illas refello modestè, vt im-

vt immodestissimè ne humanitatis quidem iura præterire potueritis, quin conuitijs macularetis: quasi idem sit calumniari, quod vincere. Cõtemnere, quod antecellere: conuitiari, quod diluere. Ego profugi Prussia, quem vides in rem Ecclesiæ Catholicæ ablegatum? Si quid horũ criminum in me est, cur igitur toties mihi locus ad abluenda crimina postulatus, negatur? Id enim vitæ meæ periculo toto sexennio flagito, nec tamen quicquam responsi habere possum. Ingentem vim pecuniæ Prussia asportaui? Septem millia nummûm Polonicorum in vsum viatici ac cepi. Quæ præterea ad illam legationem destinata fuerant, intercepta & suppressa sunt. Hæc illa est, cuius meministi, si dijs placet, magna vis pecuniæ: qua vix è Gallijs illis temporibus penuria annonæ pressis, cũ tam copiosa familia, quæ mihi inuito propter grauissimas insidias, retinenda fuit, excessi. Egóne me in Gallijs Ducem Prussiæ gessi? Primum est quod audio, mihi quod ne somnianti quidem in mentem vnquam venit. Vnde illud sterquilinium has nugas hauserit, ignoro: Cur in medium protulerit, facilè subolfacio, vt hac scilicet ratione tantò maiorem difficultatẽ rebus meis incutiat. Ego porrò nulla difficultate docuero, splẽdidissima esse mendacia, quæ adfers, idq; Regis Galliæ & Portiani principis literis, & Ducis Montmerantij gubernatoris Parisiorum publica securitate, quibus nullo alio titulo, quàm Marchionis Veronæ compellor: quem & ipsum non ex me, sed ex literis Ducis Borussiæ acceperant. Quòd si Ducis Borussiæ mihi titulum arrogassem, & idcirco magnis honoribus affectus fuissem, vtiq; non me compellassent Marchionem Veronæ, sed Ducem Borussiæ. Fortè ansam calumniandi inde sumpsit, quòd Dux me in filium adoptauerat, & hoc nomine tam publicis quàm priuatis scriptis dignabatur. Ita facilè summum illud opprobrium, & nebulonis compellatio, in omnium nebulonum nebulonẽ Auicinium resilit. Quomodo verò me in inferiori Germania gessi? Quibúsnam imposui? Quos obsecro facultatibus suis fraudaui? faciat palàm, si potest: Fecisset vtiq; si potuisset. Antuerpiæ fui, fateor: quò me Parisiis receperam, vt ibidem eam pecuniam à numulario reciperem, quam Dantisci apud Mensarium deposueram. Recepta pecunia iterum Parisios repetij, ac in ipso itinere, sub vesperam incidi casu in oppidum quoddam Ducis Ariscotiæ, vbi mihi pernoctandum fuit. Dux quia intellexerat peregrinum aliquem pluribus equitibus stipatum adesse, facere non potuit, quin pro sua in peregrinos hospitalitate me conuiuio & hospitio exciperet. Quæsiuit ille quisnam essem: Dominum Creutzburgi deprehendit. Primo tandem diluculo rectà Parisios contendi. Nusquam alias in inferiori Germania fui: minus cuiquam imposui, aut quenquam suis facultatibus fraudaui. Quã verò causam rex cognouit? vbi in aula Regis fui? nec Regis aulam, nec regem vnquam vidi. Aberam quidem à Mollino, vbi tum rex Comitia celebrabat, tribus miliaribus: at propter negotia quibus Rex obruebatur, & paratas mihi insidias literis Ducis mei, & Portiani Principis relatione detectas, legationem cõsilio dicti Principis

Parisios

patrisios distuli; Interea ad alia negotia conficienda animum appuli, quæ scilicet in Italia, & Illyria restabant: quibus annum integrum impendi (sunt ex ecclesia Malmedij, responsis Europæis præfixa, intelligere potuisti) antequã Coloniam peruenissem. Vnde primum accepta illa Tyrannidæ Brutena in ditionem Monasteriensem, propter nunciorum commoditatem delatus sum. Monasterium tandem non subitò, vt tu ais, profugi: sed postremò exacto videlicet integro anno, & peracta illa peregrinatione veni, vbi non quidem ita latito, vt nemo scire me hic morari, neminiq́ue copia mei esse possit, sed ita demum, vt Ecclesiæ quod debeo persoluam. Quo id spiritu faciam, nõ est quod sterquilinium illud miretur, cùm nisi in spiritu sancto ne Iesu quidem nomen proferre quisquam, tantum abest, vt pro ecclesia vitam interponere & vsque adeò excubare, tantosque labores sustinere, quos ego hic pertuli, queat: ego potius miror, quo ille ore tam petulanti & impudenti se Deo ostentare audeat, qui non vereatur innocentem tanta iniuria & contumelia illacessitus lacessere, & in dona spiritus sancti tam procaci lingua & furiosa petulantia atque inusitata rabie inuadere? Quod ad desponsationem porrò illam attinet, non est tibi eius rei reddenda ratio, de pecunia absumpta malè accepisti, cuius paulò ante reddidi rationem. Verũ hæc quoque tu intelligis nugatoria esse. Atenim, inquis, illud nugatorium certè, minime esse, Nasus voluit, quod Cæsarem libello Reginæ iustitiæ offenderis, quæ vna causa amplissima est tuæ proscriptionis, Mitto quęrere hanc causam, quæro qui sciat? tametsi illum dicere & enumerare caussas omnes oportebat, & id erat certi accusatoris officiũ, qui tanti sceleris argueret, explicare omnia vitia atque peccata mea, quibus incensus potuerim animum inducere, vt naturam ipsam vincerem, vt amorem illum erga patrem patriæ penitus insitum eijcerem ex animo, vt denique filium Patriæ me esse obliuiscerer, quæ sine magnis meis peccatis accidere potuisse, non arbitror. Verum concedo illi vt ea prætereat quæ cum tacet, nulla esse concedit, me composuisse & edidisse libellum illum, certè ille planum facere debet. Quid ergo adfert, quo id probet? verè nihil potest dicere. Fingat aliquid saltẽ commodi: vt ne planè videatur id facere, quod apertè facit, meis fortunis, & summorum virorum dignitati illudere. Sed digrediar ad Nasum.

Obiectum de calumnijs in Cæsarẽ delui iur.

Responsio.

Composuisti, inquis, libellum istum. vnde scis? Rumor est, à quo hic Rumor? Nescio. scis certo me esse autorem? non. Cur ergo affirmas? puto. Puto? Attulitnè putare ipsum alicui culpam? inussitnè maculam? nemini. Quid est aliud iudicio, ac legibus, ac maiestate imperij abuti ad quęstum atque ad libidinem, nisi hoc modo accusare, atq; id obijcere, non planũ facere, quod non modò nõ possis, verùm quæ coneris quidem? Nemo est Naso, quin sciat tibi inimicitias, aut tuo sterquilinio mecum, quem nec vidistis vnquam, nec cognouistis, nullas esse: Vident omnes qua de causa mihi inimici veniatis. Sciunt Brutena pecunia vos adductos esse. Quid ergo est? ita tamen quæstus vos cupidos esse opor-

Obiectio.

Responsio.

tebat, vt summorum virorum existimationem, & legèm Memmiam putaretis aliquid valere oportere. Accusatores multos esse in Ecclesia, in imperio, in ciuitate, vtile est, vt metu contineatur audacia, Veruntamen hoc ita est vtile, vt ne planè illudamur ab accusatoribus. Innocens est est quispiam: Veruntamen quanquam abest à culpa, suspicione tamé nó caret. Tametsi miserum est: tamen ei, qui hunc accuset, posim aliquomodo ignoscere. Cùm enim aliquid habeat quod posit criminosè ac suspiciosè dicere, apertè ludificari & calumniari sciens non videatur. Quare facile omnes patimur esse quàm plurimos accusatores: Quod innocens, si accusatus sit absolui potest: nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. Vtilius est autem absolui innocenté, quàm nocenté causam non dicere.

Anseribus cibaria publicè, inquit Cicero, locantur, & canes aluntur in domibus vt significent, si fures venerint. at fures internoscere nó possunt, significant tamen si qui noctu in domum venerint. Et quia id est suspiciosum: tametsi bestiæ sunt, tamen in eam partem potius peccant, quæ est cautior. Quòd si luce quoque canes latrent, cum deum salutatum aliquem venerint, opinor ijs crura suffringantur, quod acres sint etiam tum, cùm suspicio nulla sit, simillima est accusatorum ratio. Alij vestrum anseres sunt qui tantũmodò clamant, nocere non possunt. Alij canes, qui & latrare & mordere possunt. Cibaria vobis præberi videmus: vos autem maximè debetis in eos impetum facere, qui merentur: hoc populo gratissimum est. Deinde si voletis, etiam tũ cùm verisimile erit aliquem commisisse, in suspicione latratote, id quoque concedi potest, sin autem sic agetis, vt arguatis aliquem perduellionatus, hæreseos, criminis falsi, criminis læsæ maiestatis, neque dicere posistis, aut quare, aut quomodo, ac tantumodò sine suspicione latrabitis, crura quidem nemo vobis suffringet: sed si ego Pont: opt. Max. & magistratum vestrum noui, literam illam, cui vos vsque eo inimici estis vt etiam eam omnes oderitis, ita vehementer ad caput affiget, vt postea neminem alium, nisi fortunas vestras accusare posistis. Quid mihi ad deffendendum dedisti bone accusator? Quid alijs ad suspicandum? Rumor est, inquis? Audio, sed vnde hic rumor? nemo dicit. Putas me fecisse? Planum fac, nihil est. Quære Typographum, qui excudit, quære ex typographo à quo acceperit excudẽdum. Prusia, inquis, alit Typhographum. At hoc falsum est. Quære typum. Prusia talem non habet. Quære stylum, meus non est. Confer Censuram, Vraniam, & Querelam (præterea enim nil ego vulgari lingua vnquam edidi) cum libello Iustitiæ Reginæ, stylus ipse docebit, qui toto cœlo differe, me illius libelli autorem non esse, fateor quidem facilè responsum aduersus Thruchsum nomine meo, consensu iudicis in Borussia excusum: sed ne is quidem liberà me compositus est. Deinde eo responso honorificè de Cæsare, Rege, & cunctis sentio & palam protestor me nihil adferre, quod Cæsaré ledere posit:

nil

nisi iniuriandi quicquam, sed defendendi gratia saltem omnia illa in medium producere aduersus Thruchsum. Neque verò Iustitia illa Regina quicquam continet, quod responsum vberius non contineat, vt non videam cur libellum illum edere, & rem eandem toties repetere, cùm nil noui adferat, debuerim? Ne ego quidem autores illius potuissem assequi, nisi illi ipsi, cùm in Gallijs essem, ad me scripsissent, & libellos illos vnà cum edito carmine Nigidij pro innocentia, salute, & legationis meæ fausto successu transmisissent, gloriatique fuissent sua opera factū, quòd quidam in Borussia ab officijs depositi fuerint: quæ res quàm me malè habuerit vniuersa familia mea nouit. Vultis ergo vobis autores referam? Res ita planè habet. Responsum illud nomine meo Ioannes Schnellius vir consultissimus conscripsit, ego non conscripsi (non enim vt antea memini, vulgari lingua quicquam scribere consueueram, antequam in exilium actus, necessitate ad reddendam idiomate Germanico querelam, Vraniam & Censuram adigerer: hæc duntaxat sunt, quæ per omnem ætatem meam meo Marte, Germanico sermone edidi) conscriptum tandem priusquam ederetur, semel atque iterum Balthazare Gansſs Secretario prælegente, à Principe correctum est. Correcto exemplari epistola ad lectorem, & ipsa meo nomine à Ioanne Functio præfixa est, qua excusatur humilior dicendi modus, id est, phrasis Pomerana (Schnellius enim Pomeranus fuit) & quidam pleonasmi, atque frequentes eiusdem rei repetitiones. Id Schnellius vindicare cupiens, adhibito studio Steinbachij, patria Misnensis, & Horstij Theutonica eloquentia prædití, istam ipsam Reginam Iustitiam fecit, & me in legatione absente, & prorsus inscio Steinbachij opera primò Islebij, deinde Lipsiæ edi curauit, in Prussiam aduexit, & demum ad me in Gallias, per peculiarem Principis veredarium, vt literæ vtriusque, & quoque Principis testantur, dedit, quas ego Vilneuij, qui pagus à Mollino, vbi tum Rex comitia celebrabat, sicut iam antea retuli, tribus tantùm Gallicis milliaribus distat, primùm accepi. Itaque cùm hoc modo accusas Nase, nónne hoc palàm dicis, ego quid acceperim scio, quid dicam nescio? Nescio verò? Quid si me scire docuero?

Nihil quidem noui adfert Regina Iustitia, quòd ad tuam equidem causam attinet: illud tamen & nouum est, & inauditum, quòd illa summa temeritate in Austriacæ domus opprobriū protulit. Quid hoc quæso? Quid autem? Quasi ipse melius non nouisses, quàm ego qui quæro. D. iiij. puto, quo maiestas Cæsaris læditur. Profectò siue tu, siue quisquis alius, autor extitit illius probri, homo non tā leuis & temerarius quàm omni supplicio dignus est. Quid verò hanc notam in alios transfundis, cùm suspicio te planè haud parua notet? Res tua agebatur, de q̄ tuis originibus, & Cæsare aduersæ parti opitulante. hinc vt Cæsarem vicissim notares, hanc calumniam in medium attulisti. O insignem impostorem, Obiectio. Responsio.

O deteſtandam criminationem, tu mihi rem impoſſis Naſe, cuius conſtant iam autores? tu mihi ingeris tanta impudentia & procacitate, quod nemo non nouit falſiſsimum eſſe? Galli domui Auſtriacæ, per multos annos infeſti, primi illud probrum commenti ſunt. Vnde ad multos manauit, & in prouerbium quodammodo abijt, vt quoties domũ Auſtriã cõpellarent, illo ſcommate vterétur: Quod tandé ab Agrippa, Mõſtero, Rhelingero, Iacobo Sturmio, & Zeellio annotatum eſt, ac demum per Steinbachium reſcriptum: idq́, non vt vlla ratione Cæſar offenderetur, ſed vt potiùs in memoriam reuocaret, quoniam ne ſuo quidem nòmini à malis parcatur, mirum non eſſe ſi meum ab eiſdem impetatur. Quo ſanè argumento aliud non agitur, quàm vt crimen confictum, crimine

Obiectio. Reſponſio. conficto depellatur. Quî ſcis, ſi aut tu non ſis autor illius libelli, aut tuo conſenſu nõ ſit ſcriptus? Quia idẽ illi ſæpius me id audiente & refragante ſolebant in medium proferre: Quin & Truchſus ille ipſe, pro quo Zaſius nomine Cæſaris egit, idem ſępe Schnellio referre. Cęſari à primis annis infenſiſsimus. Deinde manus illorum quod aio cõfirmabit. Itáne? ita verò. Fac autem ego libellum illum compoſuiſſem, quid tum poſtea? Non enim iniuriandi, ſed defendendi gratia feciſſem. Quo fit, vt Cęſarem ſemper ab iniqua factione exceperim, & ſalua maieſtate tam Cæſaris, quàm regis omnia peregerim, vt videre eſt 2. Reſponſ. Brut. Neq́ verò ſi ſapis, aduerſus Cæſarem, ſed contra Zaſium inſtrumentatorem Regina Iuſtitia ſcripta eſt. Teſtatur id eiuſdem G. I. Præterea ſi quid eſſet, quod vel in ſuſpicionem minimam rapi poſsit, quóue docere me criminis vllius reum eſſe, vtiq́ non tanta clementia Cæſar Spiræ libros meos, accepiſſet, & tanta benignitatę puerum meum audiuiſſet, atq́ cũ viatico ad me remiſiſſet, multò minus Rhenum Molleri, quem & ipſum ſuæ maieſtati tranſmiſi, quo tota controuerſia & vniuerſa Scaligerorum ſeries, ditiones, & varia fortuna noſtra, pulcherrimo carmine deſcripta, & cũ Cæſaris priuilegio euulgata eſt, ęquo animo tuliſſet. Quæ

Quæſtio. Reſponſio. quidẽ ſigna apud me ſunt ſummi erga innocentiam meam gratiæ Cæſaris momẽti. Itáne verò ſummi momẽti? Quid tibi Cęſar reſcripſit? Hoc, quod refero. Per quem? Per ſeniorem ſuũ cubicularium, Dominum Georgium, Baronem preskauuij, &c. Quid præterea? plura diſtulit in aliud

Quæſtio. Reſponſio. tempus reſcribere: hæc gratia mihi abundè ſatisfacit. Quid ita diſtulit? Quia propter multitudinem negotiorum, quibus in publicis comitijs obruebatur, definire rem non poterat: Maximè verò cùm ſe rex Poloniæ finitis comitijs eſſet in finibus regni, aut Vratiſlaniæ conuenturus, ſtatuit priùs cum eo de negotio conferre, quàm mihi certò & definitè reſpõdere idcirco decretũ Cæſaris habet, ꝙ illa plura reſcribere non potuerit. Si tibi hæc gratia parua videtur, mihi vtique maxima, maximè quòd aduerſarij mei, ſcilicet Brutenæ factionis homines comitijs interfuerint, & multa tẽtarint, nulliq́ pecunię perceperint, qua me rapere, agere, & proſternere poſſent: fruſtra omnia. Tantum enim abfuit, vt Cæſarem ad ſui propoſiti væſaniam pertraherent, vt etiam me incolumem & Cæſaris gratia fulcitum, vel inuiti ferre, libroſq́ue meos

is comitijs Imperialibus, præsente Imperatore, venales spectare, suo magno cum opprobrio coacti sint. Atenim, inquis, quantumuis maxima sit ista gratia tibi, necdum tamen cerno te restitutum Borussiæ esse, necdum proscriptione liberatum. Hæc mora Nase, mihi, non tibi ferenda est, quod enim differtur non aufertur. Deinde bene mecum agi puto, quòd pacatissimæ mentis Cæsaris serenitatem & clementiam, hactenus maleuolorum nebulis obtenebratam, & obtrectationum sibilis ad iracundiam concitatam, obfusumq; ira ipsius animum, & moderationem exasperatam, salutarem demũ existimationem subire videam. Verum enimuerò, inquis, facilè, quàm vera sint quæ ais, ex Principum Electorum Consiliarijs, & in primis Cancellarijs videre est, qui quantum ab opinione Brutena discesserint, tute hoc tuo itinere intellexisti. Maguntinus Cancellarius certè, licet commendatus illi fueris, quid de te sentiat nulla difficultate accepisti: idem haud dubiè & apud alios expertus es, vt interim taceam, quòd, quantumuis vtrunque Electoris & Maguntini & Treuirensis commendatione fulcitus fueris, non tamen obtinueris à Coloniense vt te audiret. Ah lepidulum capitolium, hóc. ne est residuum asylum quo confugias? Quasi verò idcirco sequatur quod contendis: quasi quòd vnus atque alter tuis fraudibus deceptus, pertinaciter tuis nugis adhæreat, ideo omnes idem agant. Successit mihi, laus Deo, apud Maguntinum Electorem Dominum meum clementissimum ex sententia: accedente etiam patrocinio Reuerendi & pij viri Domini Lamberti Aueri sacræ Theologiæ doctoris, & Collegij Societatis Iesu Maguntiæ Rectoris, & aliorum istic optimorum patrum, veluti quibus rei veritas & legatio nostra innotuit. Vtinam autem Cancellarius ille adfuisset, qui in negotijs Principis sui abesse coactus fuit, proculdubio tuis fucis cognitis, vltrò tibi valedixisset. In eadem enim opinione & clarissimus vir D. Ioannes VVimphellius Treuirensis Cancellarius erat: vbi porrò rem & legationem ipsam atq; originalia ipsa, quæ illi in hoc negotio ostendi perlegisset, è vestigio in partes meas concessit, & meam causam Electori Treuirensi domino meo benignissimo commendauit: id quod iam antea quoque, verè nobilis & optimus vir Dominus Philippus à Nassau, eiusdem Electoris Consiliarius, visis eisdem documentis summa humanitate præstitit. Quibus omnibus eo nomine quantas maximas animus meus capere potest, ago & habeo gratias perpetuas atq; sempiternas. Ita vides mihi apud vtrunq; Electorem optimè successisse, veluti à qbus clemẽtissimè & susceptus & auditus, & dimissus sum. Quod ad Coloniẽsem Electorem attinet, & ipsum Dominum meum suspiciendissimũ, sua Celsitudo paratissima fuit me benignissimè audire, ita tñ vt id fieret p̃sentibus Cõsiliarijs. Cùm autẽ ab Electorib. prædictis, semotis arbitris auditus fuerim, idemq; me etiã ab hoc obtinere posse putarim, neq; sciuerim eam huic Principi esse consuetudinẽ, vt neminẽ solus audiat: ac ideo oblatã illã benignissimã suæ C. propensionẽ, qua me siue Bruvvilli, siue Coloniæ audire proposuerat,

Obiectio. *Responsio.* *Obiectio.* *Responsio.* *Quomodo Scaligero apud Electores suc cesserit.*

Spūs quorū tutelæ cūcti mortales, vt pulcherrimè Orig. suo loco declarauit, cōmissi sunt, à quibus nimirū indesinēter protegātur, defendātur, mūdētur, & ab omni incursu diaboli muniātur, vigilātes, dormiētes, ac vbicunq; fuerint: & in omni tribulatione & angustia, auxiliū Dei mortalibus implorēt: & cùm de corpore mortali educūtur, nō permittāt illos à malignis spiritib. terreri, neq; in foueā desperatiōis deduci, sed bonos spūs illis associāt, illosq; pducūt ad visionē Dei, vbi & ipse & illi vnà cū omnib. sanctis lætari ppetuò valeāt. Qui ergo huic spiritui morē gerit, spiritualis homo nuncupatur, cui spiritualia dona & charismata nō possunt nō esse semper obuia. Qui aūt hunc spiritū nō audit, carnalis est, cui carnalia cōtinuò obuersantur. Talis homo nō pcipit ea, ꝗ spiritus sunt: sed iudicat diabolica esse, sicut de Christo & Paulo iudicatum à carnalibus hominibus legimus. Neque verò fieri potest vt Satanas Satanam eijciat, quia diuideret regnum suum, & propè esset desolatio regni sui. Quis porrò ignorat diabolum Ecclesiæ Catholicæ infestissimum esse? Quomodo igitur illius vnitatem defenderet? Spiritus igitur qui vnitatis est, nequaquam esse potest pluralitatis, nequaquam malus, nequaquam coactus. At spiritum meum ad vnitatē Catholicæ ecclesiæ spectare iam nulla difficultate intellexisti. Quapropter minimè censendus est malignus. Nam ꝙ tu spiritum familiarem coactum illum per exorcismos & inclusum intelligis, vehementer deliras. Talis nanq; spiritus non intelligit ea quæ Dei sunt, neque promouet, ꝗ Catholicæ ecclesiæ conducunt. Nullus eñ spiritus coactus bonus est, boni etem̄ nō coguntur, nō includūtur, sed p angelicū spiritū, hominibus spiritualib. associātur. Quocirca toto cælo aberras, & in spiritū sanctū peccas, cùm ea tribuis malignis spiritibus, ꝗ Deo diuinisq; spiritibus tribuere debebas: atque ita spiritū Dei blasphemas, cùm opa ipsius Sathanę attribuis. Ego quidē mihi eam sanctitatē nō arrogo, vt merear illā perfectionē, qua spiritib. illis sanctis associari valeā: neq; aio me infusiōe illa frui, qua rerū diuinarū cognitio Apostolis infusa est. i. momētanea & immediata, sed eā possideo, ꝗ sæpè iteratis actib. magno labore, & cōtinua diligētia cōstat. Si tu quoq; magis libris ꝗ liberis, magis scripturis ꝗ poculis, magis patribus ꝗ venationibus, magis concilijs ꝗ ancillis incūberes haud dubiè & tu eundē spiritū familiarē tibi facillimè cōciliares. Vis scire quis hic meus familiaris spiritus sit? Sex partib. cōstat huiusce mei spiritus familiaris corpus: scilicet, Biblijs sacris, cōcilijs Catholicis, Canonib. sanctis, veterū hæreticorū notitia, ex eāq; nouorū depulsiōe, historiarū exacta cognitione, sanctorum patrū & doctorū Ecclesiæ Catholicæ cōtinua lectione. Si tu tale corpus tibi adaptaueris, id certè vltrò familiarē spiritū recipiet, tibiq; illū efficiet familiarissimū. Talē spiritū me habere, nō hæc saltē Oratio, verū etiā oīa scripta mea testātur. Facessant ergo iā tuę ineptię: facessat petulātissima lingua, qua bonos consectaris: facessat morbus iste procacitatis quo vti cōsuesti: facessant deniq; mores tui quibus vnumquenq; æstimare soles. Itaque, vt tandem ad te reuertar, Neopiste, perspicuè satis iam apparet nullam vel suspicionem minimam vllius criminis in me

reperiri, cur proſcriptus ſim: neq; vllam aliam cauſam iſtius proſcriptionis eſſe, niſi religionis Catholicæ inſtaurationem, & tranquillitatẽ Boruſsiæ: cuius rei gratia humeris meis legatio illa impoſita eſt: ac ſingularem fidem & obſeruantiam, qua Principẽ ſemper proſecutus ſum. Atq; ſi ea Principis optimi ſententia, eo pietatis propoſito, & meo ſtudio & diligentia Eccleſiæ Rhom. in Boruſsia dignitas aucta fuiſſet, & cõiuncta cũ vtilitate cõmuni, certè non vituperandus, non morſibus Naſicis, non furijs Auicinicis & ſterquilinicis exponendus, minus proſcribẽdus, ſed retinendus & laudandus fuiſſem, ſi eius dignitati ſuffragatus viderer, ꝙ meæ ſaluti opem & auxilium tuliſſet. Deſinant, deſinãt homines iiſdem machinis ſperare me exulem & extorrem poſſe labefactari, quibus antea ſtantem perculerunt. Quis obſecro de huius Eccleſiæ dignitate paſſim induſtrius, apud oẽs dixit? Qui tantus fuit labor, quæ ſimultas, ꝙ cõtentio, ꝙ ego non pro illius dignitate ſuſceperim? Nónne vitã meam toties pro illius doctrina & maieſtate interpoſui? Hoc meum ſtudium erga illam, hanc coniunctionẽ, hanc conſpirationẽ in ipſius Reip. bene gerenda, hanc iucundiſsimã vitæ atq; officiorũ omniũ ſocietatẽ, certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus fruſtra dirimere tentarunt, cùm Antiſtites illos in me cõcitarẽt, monẽtes vt me metuerẽt, me cauerent: quibus licet alias inimiciſsimi ſemper fuiſſent, in conſpiratione tñ aduerſus me & Eccleſiæ emolumentũ mores alioqùin toto cælo diſtantes, in vnum coaluerunt. Ego verò non deſij mei ſimilis eſſe, nec paſſus ſum ab illa diſtrahi, cuius toties perſpectam fidem, & humanitatem habui, & cũ qua me non repentinum aliquod meum tempus, ſed veteres multò antè ſuſcepti & prouiſi labores cõiuxerunt. Data merces eſt erroris illorum magna, Pontifex Opt. Max. Senatus ampliſsime, vt illos non ſolùm pigeat ſtultitię ſuę, ſed etiã pudeat, ꝙ tot ſuſpicionibus certorum hominũ, & ſcelere exulcerati, ꝙ ſuũ tẽpus poſtularet, perſpicere nõ potuerint: neq; intellexerint, quibus aut vt apertis inimicis obſiſterent, aut vt inſidioſis amicis non crederent. Probate ꝙſo, Pater ſanctiſsime, Cardinales ſuſpiciendiſsimi, ꝙ ſacra ipſa interierint in Boruſsia, quorũ cuſtodes vos eſſe debetis: iã nemo bonus, nemo pius, nemo doctus, relinquetur. Cur enim quiſq; vellet ſe doctũ fieri nõ licere? auguſtiorẽ eſſe ſibi petitionẽ functionis Eccleſiaſticæ, in Epiſcopatũ cùm poſsit venire. Vt cuique aliquid acciderit quare commodius ſit eſſe plebeium, ſimili ratione bonis Eccleſiaſticis præficietur. Itaque Eccleſia Rhomana breui tempore neque regem ſacrorum, neq; Epiſcopos, neq; Præpoſitos, neque Decanos, neque Archidiaconos habebit, nec ex parte dimidia reliquos ſacerdotes, neque paſtores, neque præſides: auſpiciaq; Eccleſiæ Rhomanæ, ſi docti & pij antiſtites creati non ſint, intereant neceſſe eſt. Nolite ergo ferre, vt viri pij & docti indemnati proſcribantur: vt commodum Eccleſiæ commodo priuatorum & perditorum hominum metiatur: vt leges priuatis hominibus irrogentur: quibus rebus nihil eſt crudelius, nihil pernicioſius, nihil quod minus boni mores, leges, & Eccleſia ipſa

ferre

ferre posit. Proscriptionis miserum nomen illud, & omnis acerbitas Costkani temporis, quid habet quod nō maximè sit insigne ad memoriam crudelitatis? opinor pœnam in probos, honestos, Doctos & pios nominatim sine iudicio constitutam. Hanc vos Pont. Opt. Max. Patres beatissimi, iudicio atque autoritate vestra hominibus præfractæ frontis potestatem dari patiemini, vt proscribere possint quos velint? ad vos est Asylum & confugium vltimum oppressis, cùm ab ijs destituuntur, à quibus merito leuari deberét. Quare autem, quid sit aliud proscribere, velitis, iubeatis, vt Paulus Scaliger, qui ad Rhomanæ Ecclesiæ doctrinam instaurandam ablegatus est, in Borussiane sit, bonaque eius vt mea sint? Hoc plebiscitum est? hæc lex? Hæc rogatio est? hoc vos pati potestis? Hoc ferre rex & Episcopi, vt singuli ex Catholicis singulis versiculis è Borussia tollantur? Equidē hausi vnus pro omnibus illam indignissimam calamitatem, iam perfunctus sum, nullam vim, nullum impetum metuo, expleui animos inuidorum, placaui odia improborum, saturaui etiam perfidiam & scelus proditorum: Denique de mea caussa, quę videbatur perditis hominibus ad inuidiā esse proposita, iam omnes vrbes, omnes ordines, omnes cœlites atque homines iudicauerunt. Vobismetipsis, beatissime pater, sanctissime senatus, & vestro ordini, pro vestra autoritate & sapientia consulere debetis. Nam cùm tam moderatè iudicia populi sint à maioribus constituta: Primum vt ne pœna capitis cum pecunia coniungatur: Deinde, ne nisi prædicta die quis accusetur, vt ter ante magistratus accuset intermissa die, quàm mulctā irroget aut iudicet: quarta sit accusatio trinum nundinum, prodita die, qua die iudicium sit futurum: cum multa eiam ad placandum atque ad misericordiam reis concessa sint. Deinde exorabilis populus, facilis suffragator pro salute: Denique etiam si qua res illum diē aut auspicijs, aut excusatione sustulit, tota causa iudiciumque sublatum est. Hæc cùm ita sint, in re vbi crimen est? vbi accusator? vbi testes? quid indignius, quàm qui neque adesse sit iussus, neque citatus, neque accusatus, de eius capite, liberis, fortunis omnibus conductos, & sicarios, egentes & perditos suffragium ferre, & eam legem putare? At si hoc de me potuit, quem honos, quem dignitas, quem caussa, quem Princeps, quem Resp. tuebatur: quid tandem futurum est ijs, quorum vita remota ab honore populari, ab hac illustri gratia est? Date hanc licentiam Neopistis & intuemini paulisper animis iuuentutem, & eos maximè qui imminere iam cupiditate videntur in aliquam & maximè Ecclesiasticā potestatē: collegia medius fidius Ecclesiastica tota reperientur hoc iure firmata, quæ coëant de hominum locupletissimorum, pietate & eruditione præditissimorum bonis, contributione præsertim populari, & spe largitionis oblata hodie funditus euersa & solo æquata. At quid tulit legum scriptor peritus, callidus? Velitis, iubeatis, vt Paulo Scaligero aqua & ignis interdicatur. crudele, nefarium, ne in sceleratissimo quidem homine

minie ferundum fine iudicio. Non tulit vt interdicatur. Quid ergo? vt interdictum sit. O portentum, ô scelus. Hanc tibi legem Canitzius, hanc coniuratio Truchsa, conspiratio Brutena scripsit spurciorem lingua sua, vt interdictū sit, cui non sit interdictum. Monachastrelle noster, bona venia, quoniam iam dialecticus es & hoc quoque liguris: quod factum non est, vt sit factum: ferri ad populum, aut verbis vllis sanciri, aut suffragijs confirmari potest? His tu scriptoribus, his consiliarijs, his ministris omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimis, me perdere, Ecclesiam Rhomanam oppugnare, eiusque doctrinam à Borussia prohibere contendis? Neque tu eras tam excors, tamque demens, vt nescires hos hęreticos schismaticos, & tyrannos esse, qui contra Rhomanam religionem, contra leges facerent, & alios esse, qui leges scribere, qui sententiam ferre solerēt. Sed neque eorum, neque cæterorum, in quibus esset aliquid modestiæ, cuiusquam illis potestas fuit. Neque illi leges condere poterant, neque sententiam pronunciare, neque iudicem adhibere quem vellent. Postremò me in prædæ quidem societate mancipem aut prædem socium extra suorum gladiatorum numerum, aut denique suffragij latorem, in ista sua proscriptione quenquā nisi furem, aut sicarium reperire potuerunt. Talium tamen tu buccinator, tu protector, tu propugnator, contra tuam Monasticam professionem, contra tuum iusiurandum, contra votum pietatem, & Rhomanæ ecclesiæ obedientiam ? repudiatus certè victusque discessisti. Proscriptio ista huiusmodi verbis est scripta, vt seipsam dissoluat. Est enim quod Paulus Scaliger falso se alienæ genti inseruerit & perduellionis reus sit, si igitur se inseruit, reus illius criminis sit, tum est rogatio: si nō inseruit non est reus, nulla est. Satis ne tibi videtur à iudice & vniuersæ Europæ senatu iudicatum, me non modo non ementitum esse alienæ gentis nomen & autoritatem, aut quicquam aduersus Reip. vtilitatem machinatū, sed etiam præcipuū Scaligeræ gentis hęredem existere, & vnum post conditum Ducatum Borussiæ diligentissimè principi paruisse, & commodum Ducatus procurasse. Quot modis doceo proscriptionem istam, quam vocas, nō esse proscriptionem? Quid? si etiam pluribus de rebus vno sortitu retulisti, tamē ne arbitraris, id quod Thruchsa factio, & Brutena coniuratio suis corruptelis, artibus & technis non obtinuerint, id te posse tuis nugis, tuis imposturis, tuis conuicijs, & facinorum laruis obtinere? Tulerunt illi de me ne reciperer, nō vt exirem, quē illi ipsi non poterant dicere, non licere esse in Borussia. Quid enim dicerent? damnatum? certè non. Expulsum? qui licuit? sed tamen ne id quidem est scriptum vt exirem, qui necdū redieram pœna est qui receperit: si rediero. Eiectio nusquam est. Verum sit. Quid operum publicorum exactio, quid nominis conscriptio Thruchso? num aliud videtur esse, quàm bonorum meorū direptio? Præterquam quod ne id quidē per legem feudi vt Thruchsus sibi curationē ferret, facere potuit, cum totū id ad principem, si quid commeruissem, ipso iure redire deberet.

Quid

Quid si omnia per vim ablata sunt? Tamenné lex stetit? aut quicquam iure gestum videri potest, quod per vim gestum esse constet? Nonne verò hæc vis est. Legatum absentem indicta & incognita causa proscribere implorantı ius non reddere? ad abluenda crimina locum postulanti negare? vitam pro sua innocentia interponenti, nllas aures adhibere, omnem iustitiam, omnémque æquitatem adimere? recusare diem dicis? renuere agi more instituto maiorum? arcere præsentem, sustinere paratum? Sanè eam causam probare non est necesse, cius tāta bonitas est, vt ea ipsa non modò se, sed etiam me absentem perse probarit. Non tantùm vis inaudita, & incredibilis, sed crudelitas incomparabilis fuit, quàm (vt eos præterea quos tanta vesania trucidarunt, relegarunt, egerunt in præceps, diripuerunt, prædai & populati sunt) in ipsum me meosq; adhibuerunt: qui cùm eorum omnium crudelitati scelerique abessem, ne absens quidem luctu meo mentes illorum satiare potui. Domesticos meos vexauerunt, raptauerunt, omni crudelitati lacerauerunt, quorum fletus assiduus, sordesq; lugubres illis iucundæ fuerunt, quos per insidias toties interficere cupiuerunt. Quoties verò ego, cuius mœror, squalor incredibilis & inauditu omnibus mortalibus miserabilis videtur, ex illorum ferro ac manibus sum elapsus? Nihil dicam, quod parietibus meis, tectis, columnis, postibus, piscinis, pratis, agris, subditis, horrificum quoddam & nefarium omni imbutum odio bellum intulerunt.

Hanc ego vim, Pontifices, Optimi Maximi, Senatus sanctissime, hoc scelus, hunc furorem, propter Ecclesiæ Rhomanæ commodum, omnémque impetum discordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quæ inueterata compresso odio atque tacito iam erumpebat, excepi: in me vno tyrannorum faces iactæ manibus sceleratis, in me omnia, quæ ego quondam retuderam, coniurationis nefaria tela adhæserunt. Legimus clarissimos viros Rhomanæ vrbis se in medios hostes ad perspicuam mortem pro salute exercitus iniecisse: ego pro salute Ecclesiæ Rhomanæ dubitarem? Itaque infractus illorum furor, inanes impetus facit. Omnem enim vim omnium sceleratorum acerbitas mei casus excepit: non est in tam immani iniuria, tantisque ruinis nouæ crudelitati locus. Paulus VVobeserus vir nobilis & singulari virtute atque prudentia præditus est proximus. Quid ageret, non erat: vt qui modus omnibus moribus fuerat, idem esset iniuriæ. Hunc inuisum per honorem turpissimum, me per honestissimam calamitatem persequuntur. Hæc calamitas (si ea est appellanda) excussit hoc genus totum maledicti, ne quisquam tam audeat repræhendere genus meum, tot, tantis, tam ornatis iudicijs, testimonijs, autoritatibus comprobatum: Quòd si in isto suo maledicto probrum non modò mihi nullum obiectant, sed etiam laudem illustrant meam, quid illis aut fieri aut fingi dementius potest? Scelúsne suum, meum probrum putant esse oportere? Quid enim, Pontifices, debeo

dicere? peccati me conscientia in has miserias proiectũ esse? At id quod mihi crimini dabatu, non modo peccatum non fuisse cernitis, sed videtis rem post nato homines pulcherrimam, & Ecclesiæ atque Reipub. vtilissimam. Qid ergo impedire potest, quo minus mihi ius, quo minus bona mea & fortunæ reddantur? quo minus hac iniquissima proscriptione exolur? quo minus legatio mihi commissa promoueatur? quo minus religionis Rhomanæ ratio habeatur? illa in Borussiam reducatur? instauretur? Totum id Patres, vestro iudicio continetur. Nam si vobis res ist, commodum & incrementum Ecclesiæ, innocentiaque bonorum ordi est, id quod in omni Ecclesiæ causa, & tuenda piorum salute semper studijs, consilijs, autoritatibus, sententijsque fecistis: video & re, & religionis Rhomanæ doctrinam, planè, ac sentio. Borussiæ restitutum iri. Sin mea bona, meum ius, meæ fortunæ non modo mihi non redduntur, sed etiam monumentum præbent inimicis doloris mei, sceleris sui, publicæ calamitatis: quis erit, qui hanc rem è re Ecclesiæ potius quàm pœnam, quàm exitium sempiternum putet? In conspectu præterea totius Rhomani Imperij & Christiani orbis innocentia mea est Patres, in quo si manet illud non monumentum Ecclesiæ Rhomanæ, sed sepulchrũ Neopistico & inimico nomine inscriptum, demigrandum potius erit omnibus bonis aliquò ad barbaras etiam gentes, quàm habitandum in eo orbe, in quo trophæa de innocentibus & Ecclesia ipsa videam cõstituta. An vllus piorum tantam aut animi duritiem habere, aut oculorum impudentiam possit, vt cuius orbis, cuius Ecclesiæ seruatores fuerint, in ea possint intueri doctrinam deprauatam & labefactatam hæreticorum vesania, & innocentiam euersam non ab inimico suo, sed ab hoste communi: & ab eodem extructam, & positam in oculis Ecclesiæ, ne vnquam conquiescere possit fletus bonorum? Simonis Magi Samaritæ insania Ecclesiam perturbantis à Petro complanata est: Colarbasæorum, & Valentini atque Marci flamma ab Irenæo extincta: Menandri, Basilidis, Saturnini, Carpocratis, Corinthi, Ebionitharum, Nicolaitarum, Cerdonis, Marcionis, Tatiani, Gnosticorum, Ophitarum & Corniorum vesania ab Ecclesia memorabili supplicio repressa: furor Arrij pœna comprobatus est. Nestoris, Euticetis & Dioscori facinus non tam euersum quàm memoria & nomine loci notatum: Pelagij, & id genus aliorum hæreticorm temeritas etiam diuina vltione sopita atq; sepulta. Quam igitur maiores nostri sceleratis ac nefarijs hominibus & hæreticis maximam pœnã constitui posse arbitrati sunt, eandẽ boni & pij viri subibunt & sustinebunt? vt apud posteros nostros non extinctores hæresum coniurationis & sceleris, sed autores & duces fuisse videantur? Hanc verò Patres, labem turpitudinis & tyrannidis poterit Rhomanæ Ecclesiæ dignitas sustinere viuo Pont. Opt. Max. senatu & collegio Cardinaliũ amplissimo vobis principibus publici cõsilij? vt qua pœna sontes & euersores ecclesiæ Catholicę afficiũtur, eadẽ insontes oppresso senatu, & custodes Rhomanæ

Ecclesiæ,

Ecclesiæ doctrinæ atq; instauratores afficiātur, idq; ad memoriā omniū
mortalium sempiternam? quā memoriam pro amore quē habetis in Ec-
clesiam Catholicā, & semper habuistis, non modò sententijs, sed si opus
esset manibus vestris disturbare cuperetis, nisi quem fortè illius castissi
mi Monachi nefaria impostura deterret. O, rem, quā homines soluti &
liberati ridere non desinunt: tristiores autem sine maximo dolore audi-
re non possunt. Thruchsanè factio, quæ ex Borussia religionem Rhoma
næ Ecclesiæ eripuit, hanc instaurare voluit? Hanc, inquam, etiam quidā
ex vobis, qui sunt Antistites cæremoniarum & sacrorum autorē habent
& magistrum publicæ religionis? O Deus immortalis (vos enim hæc au
dire cupio) Thruchsa factio, q̄ præsules Poloniæ tuentur, vestra sacra cu-
rat? vestrum numen horret? res oēs humanas religione vestra contineri
putat? hæc non illudit autoritati vestræ? nō vestra Patres grauitate abuti
tur? ex istius ore religionis verbū excidere aut elabi potest? cūm illo eo-
dem ore & senatum, & religionem vestrā impurissimè teterrimeq; vio-
larit. Aspicite, aspicite patres, homines religiosos, qui sedem Rhomanā,
collegium, senatum, religionē, templa, aras, focos, cœlites quoque ipsos
subiectos esse volunt libidini suæ: qui in vos concitati irruerunt, quos
impetu perculerunt. Horum furor eò magis ab auribus vestris repellen
dus est: qui quæ maiores nostri religionibus tuta nobis & sancta esse vo-
luerunt, ea isti non solùm contra religionē labefactārunt, sed etiā ipsius
religionis nomine euerterūt. At q̄ religio est? Bonā esse oportet, quando
quidē est ab illis dedicata. Libertas, inquiūt. Eā isti ergo in Borussia col-
locārunt, quam ex tota Sarmatia, ex tota Germania, Galliaq; ipsa sustule
rūt? Isti cūm collegas suos, summa potestate p̄ditos negarēt liberos esse:
cūm in Borussiā aditus esset apertus nemini: cūm clarissimos viros, sum
mis populi beneficijs vsos, consulares & singulari bonitate & modestia
p̄ditos, quos satis mirari, quibus oculis satis adspicere audeāt, nō queō,
audiente populo Borussa à carnificibus trucidari iuberent: cūm indem-
natum exturbarent priuilegijs tyrannicis irrogatis: cūm principem Bo-
russiæ inclusum continerent: cūm forum armatis cateruis perditorū ho-
minum possiderent: libertatis simulacrum in Borussia collocabāt, quæ
res erat ipsa iudicio illorum crudelissimi dominatus, & miserrimæ po-
puli Borussi seruitutis? Eúmne potissimum libertas Borussia, & domo
sua debuit excludere, qui nisi fuisset, in seruorum potestate Borussia to-
ta venisset? Hanc vos, patres, tam variam, tam nouā in omni genere vo-
lūtatem, impudentiā, audaciam, tyrānidem cōprobabitis? Videte quid
statuatis in mea causa de omnium fortunis. Videte procellam Ecclesiæ,
turbinem ac tempestatem pacis atq; ocij, quæ quod in naufragio Borus
siæ, tenebris offusis, demerso populo, euerso atque eiecto senatu dirue-
rit, ædificarit, religione omni violata, Reipub. tātum nomine contami-
narit, inq; ea monumentum deletæ Reip. collocārit ad libidinum notā,
ad dolorē bonorum omniū, sublatoq; meo nomine inciderit, id sperat

T 5 vos

vos diutius impunè esse laturos? & in scelere religio non valerét, & valebit id quod homines imperiti & noui, impuri atque impij hostes Ecclesiæ Catholicæ omniumque religionum, contra fas, factionis precibus, ignari, inuiti, sine consilio, sine autore, furtim mente ac lingua titubãte, raptim & turbulentè egerunt, vt neque mens, neque vox, neque lingua consisteret? Valebit id quod contra Deũ, cõtra leges, denique contra oĩm populorum cõsuetudines cõclusum & decretũ est? Valebit id, quod pposteris verbis, omnibus obscœnis, omnia aliter ac vos, ac Imperiũ vniuersum, populi cuncti in monumentis habent, & pronunciatũ fit & factũ. Profectò nemo vnquã pdo tã barbarus atque immanis fuit, qui cum fama spoliasset, deinde hostiã aliquã in littore deserto somnijs stimulatus, aut religiõe aliqua cõsecraret, nõ horreret animo cùm diuinũ numẽ scelere violatũ placare pcibus cogeretur qua tandẽ istos prurbatione mentis, omniũ tẽplorum atque tectorũ, totiusque Ecclesię pdones fuisse cẽsetis, cũ pro detestatiõe tot scelerũ, vnũ atque alterũ hoĩm nefariè cõsecrarent, trucidarẽt, relegarẽt, pscriberẽt, & scelera sceleribus cumularẽt? Magna vis est cum in dei immortalis numine, tũ verò in ipsa ecclesia. Deus immortalis, suorum tẽplorum, suę religionis custodẽ, propugnatorẽ, & instauratorẽ sceleratissimè proscriptũ cùm videret, istorũne sceleri fauit? Imò vecordissimorũ mentẽ cura metuque terruit, vt nõ sit mirũ, si iste metus furore instinctus, scelere pceps, neque Deũ neque religionẽ, neque pietatẽ in animo habuerit. Quę cum ita sint Pont. Opt. Maxi. patres sanctissimi, reuocat iã animos vestros ab hac subtili nostra disputatiõe, ad vniuersam Rép. Christianã, quã anteà cũ viris fortibus & sanctis multis, in hac verò causa solis vestris ceruicibus sustinetis. Vobis vniuersi senatus, vniuersæ Ecclesiæ ppetua autoritas, cui vosmetipsi pstantissimi semper in bonorũ et piorũ causa pfuistis: vobis Germanię, Italiæ, Galliæ, & vniuersæ Europę magnificentissimus ille motus, & pstantissimorũ patrũ cõuersus? vobis conciliorũ vna vox omniũ quorũ vos principes atque autores fuistis: vobis oẽs societates, omnes ordines, omnes qui aut re aut spe denique sunt boni: omnes tum erga dignitatam proborum, tum erga studium innocentię iudicium, tutelã & defensionem, nõ modò cõmissam, verumetiã cõmendatam esse voluerunt. Denique ipse Deus immortalis, qui hanc Ecclesiã & Imperiũ tuetur, vt esset omnibus gentibus posteritatique pspicua suæ Ecclesię autoritas, ad vos suos sacerdotes potestatẽ iudiciumque reuocauit. Quocirca te Põt. Opt. sanctissime, quẽ propter beneficia Ecclesia optimũ, pter vim & potestatẽ diuinitus cõcessã Maximũ nominauit: vos Cardinales amplissimos & custodes Ecclesiæ Rhomanæ quã semper adiutores consiliorũ honestorũ, & testes piorũ laborũ extitistis, precor, ac quæso: vosque senatores candidissimos, quorũ de religione hæc mihi pposita est cõtentio, quã Christianæ Reip. psides estis: vos obtestor, quorũ ego religionẽ instaurandã, & nefariã Neopistorũ flãmã depellẽdã suscepi: vosque reliquos antistites, quorũ castitatẽ ab hominũ amẽtia, furore & scelere defẽdo: vt si in ullo penè fato Reipub. obieci meũ caput, p vestra reli-

209

religione, pro vestris cæremonijs, atque templis perditissimorum hominum furori atque ferro: & si iterum cùm ex mea contentione interitus bonorum omnium quæreretur, vos sum testatus, vobis me ac meos commendaui, meque ac meum caput ea conditione deuoui, vt si & eo ipso tempore, & antè dum à latere, à consilijs Duci essem, commodis meis omnibus, emolumẽtis, præmijs prætermissis, cura, cogitatione, vigilijs omnibus, nihil nisi de salute Ecclesiæ Rhomanæ, & Reip. Borussiæ laborassem, tum mihi iure aliquando reddito, & fortunis meis restitutis liceret frui: sin autem mea consilia Ecclesiæ Rhomanæ & Borussiæ non profuissent, vt perpetuum dolorem auulsus à meis sustinerem: denique si Deo immortali, si vobis, si vniuerso clero, si cunctæ Ecclesiæ Rhomanæ & Catholicę, gratum & iucundum meum studium, meum laborem, meam diligentiam, meamque legationem intelligitis esse: quæso obtestorque vos Patres, vt me, qui pro innocentia pugno, pro Ecclesiæ Rhomanæ autoritate & religione etiam vita interposita cum Neopistis decertare non dubito: nunc, quoniã Princeps Borussiæ, & vniuersa Europa ita definiuit, autoritate quoque vestra, cui nefas est resistere, perficite apud Regem Poloniæ serenissimum, vt ius mihi reddat, meamque innocẽtiam Borussiæ restituat, atque in fortunis & sedibus meis istic collocet: quam gratiam & benignitatẽ ego vicissim omni studio & officio per omnem meam ætatem demerebor: id quod multis nostris (vt ex adiecto Catalogo videre est) scriptis necdum in lucem datis, quæ in Ecclesiæ Rhomanæ commodum & vtilitatem, antea quod sciam à nemine præstita, confeci, aliqua ex parte, abundè tamen satis me præstitisse puto. Dixi.

PAVLI SCALIGERI EPISTOLA CENSORIA AD LECTOREM.

Peræpretium duxi, candide Lector, antequam ad Orationis huius lectionem animũ adhibeas, te admonere, vt cognoscas me eam solius veritatis susceptæ gratia & non in vllius mortalis aut contumeliam, aut opprobrium in lucem dedisse: nec vllũ mortalium ea accusari, nisi factionem Thruchsam, & coniurationem Brutenam. Per factionem autem Thruchsam intelligo hominum quorundam vilissimorum, eorumque paucissimorum in Borussia vesaniam, qua me de statu meo (licet frustra: cùm & sententia definitiua Iudicis, & vniuersæ Europæ iudicio, atque omnium populorum legibus & consuetudinibus damnati sint) deturbare contendebant: cuius procurator fuit quidam Albertus Thruchsus à VVertzhausen oriundus ex Franconica nobilitate. Per coniurationem porrò Brutenam intelligo hominum eorundẽ aduersus suum principem nefariam & omni supplicio vindicandam crudelitatem: quæ sola in causa & fuit & est, vt nec ego ius & fortunas meas in Borussia hucusque potuerim recuperare, nec Ecclesiæ Rhomanæ & Catholicæ doctrina & obedientia hactenus illic restitui & instaurari. Quocirca hîc palàm coram omnibus & singulis, cuiuscunque status, conditionis, & eminentiæ fuerint protestor, me hac oratione nullius hominis vel honori vel existimationi detrahere, sed hos saltẽ notare & accusare, nimirũ illã factionẽ & cõiurationẽ quæ in Borussia æquitati, & legationi meæ restiterũt, eãq; remorati sunt & adhuc remorãtur, salua omniũ reliquorũ fama & existimatione. Præterea optime lector te quoque monendum putaui, ne de Oratione ista prinsquam totam percurras, vlla in parte iudicium feras. Nam vt ex Indice in exordio Orationis positi apparet, omnia ordine, quæ hodie in controuersiam vocantur, pertracto. & occasione habita nonnunquam alicuius materiæ obliquè extra suos

tebat, vt summorum virorum existimationem, & legem Memmiam putaretis aliquid valere oportere. Accusatores multos esse in Ecclesia, in imperio, in ciuitate, vtile est, vt metu contineatur audacia, Veruntamen hoc ita est vtile, vt ne planè illudamur ab accusatoribus. Innocens est est quispiam: Veruntamen quanquam abest à culpa, suspicione tamē nō caret. Tametsi miserum est: tamen ei, qui hunc accuset, possim aliquomodo ignoscere. Cùm enim aliquid habeat quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, apertè ludificari & calumniari sciens non videatur. Quare facile omnes patimur esse quàm plurimos accusatores: Quod innocens, si accusatus sit absolui potest: nocens nisi accusatus fuerit, con demnari non potest. Vtilius est autem absolui innocentē, quàm nocentē causam non dicere.

Anseribus cibaria publicè, inquit Cicero, locantur, & canes aluntur in domibus vt significent, si fures venerint. at fures internoscere nō possunt, significant tamen si qui noctu in domum venerint. Et quia id est suspiciosum: tametsi bestiæ sunt, tamen in eam partem potius peccant, quæ est cautior. Quòd si luce quoque canes latrent, cum deum salutatum aliquem venerint, opinor ijs crura suffringantur, quod acres sint etiam tum, cùm suspicio nulla sit, simillima est accusatorum ratio. Alij vestrum anseres sunt qui tantūmodò clamant, nocere non possunt. Alij canes, qui & latrare & mordere possunt. Cibaria vobis præberi videmus: vos autem maximè debetis in eos impetum facere, qui merentur: hoc populo gratissimum est. Deinde si voletis, etiam tū cùm verisimile erit aliquem commisisse, in suspicione latratote, id quoque concedi potest, sin autem sic agetis, vt arguatis aliquem perduellionatus, hæreseos, criminis falsi, criminis læsæ maiestatis, neque dicere possitis, aut quare, aut quomodo, ac tantumodò sine suspicione latrabitis, crura quidem nemo vobis suffringet: sed si ego Pont: opt. Max. & magistratum vestrum noui, literam illam, cui vos vsque eo inimici estis vt etiam eam omnes oderitis, ita vehementer ad caput affiget, vt postea neminem alium, nisi fortunas vestras accusare possitis. Quid mihi ad deffendendum dedisti bone accusator? Quid alijs ad suspicandum? Rumor est, inquis? Audio, sed vnde hic rumor? nemo dicit. Putas me fecisse? Planum fac, nihil est. Quære Typographum, qui excudit, quære ex typographo à quo acceperit excudēdum. Prussia, inquis, alit Typhographum. At hoc falsum est. Quære typum. Prussia talem non habet. Quære stylum, meus non est. Confer Censuram, Vraniam, & Querelam (præterea enim nil ego vulgari lingua vnquam edidi) cum libello Iustitiæ Reginæ, stylus ipse docebit, qui toto cœlo differt, me illius libelli autorem non esse, fateor quidem facilè responsum aduersus Thruchsum nomine meo, consensu iudicis in Borussia excusum: sed ne is quidem liberà me compositus est. Deinde eo responso honorificè de Cæsare, Rege, & cunctis sentio & palam protestor me nihil adferre, quod Cæsarē ledere possit:

nil

nil iniuriandi quenquam, sed defendendi gratia saltem omnia illa in medium producere aduersus Thruchsum. Neque verò Iustitia illa Regina quicquam continet, quod responsum vberius non contineat, vt non videam cur libellum illum edere, & rem eandem toties repetere, cùm nil noui adferat, debuerim? Ne ego quidem autores illius potuissem assequi, nisi illi ipsi, cùm in Gallijs essem, ad me scripsissent, & libellos illos vnà cum edito carmine Nigidij pro innocentia, salute, & legationis meæ fausto successu transmisissent, gloriatique fuissent sua opera factū, quòd quidam in Borussia ab officijs depositi fuerint: quæ res quàm me malè habuerit vniuersa familia mea nouit. Vultis ergo vobis autores referam? Res ita planè habet. Responsum illud nomine meo Ioannes Schnellius vir consultissimus conscripsit, ego non conscripsi (non enim vt antea memini, vulgari lingua quicquam scribere consueueram, antequam in exilium actus, necessitate ad reddendam idiomate Germanico querelam, Vraniam & Censuram adigerer: hæc duntaxat sunt, quæ per omnem ætatem meam meo Marte, Germanico sermone edidi) conscriptum tandem priusquam ederetur, semel atque iterum Balthazare Gansſ Secretario prælegente, à Principe correctum est. Correcto exemplari epistola ad lectorem, & ipsa meo nomine à Ioanne Functio præfixa est, qua excusatur humilior dicendi modus, id est, phrasis Pomerana (Schnellius enim Pomeranus fuit) & quidam pleonasmi, atque frequentes eiusdem rei repetitiones. Id Schnellius vindicare cupiens, adhibito studio Steinbachij, patria Misnensis, & Horstij Theutonica eloquentia præditi, istam ipsam Reginam Iustitiam fecit, & me in legatione absente, & prorsus inscio Steinbachij opera primò Islebij, deinde Lipsiæ edi curauit, in Prussiam aduexit, & demum ad me in Gallias, per peculiarem Principis veredarium, vt literæ vtriusque, & quoque Principis testantur, dedit, quas ego Vilneuij, qui pagus à Mollinio, vbi tum Rex comitia celebrabat, sicut iam antea retuli, tribus tantùm Gallicis milliaribus distat, primùm accepi. Itaque cùm hoc modo accusas Nase, nónne hoc palàm dicis, ego quid acceperim scio, quid dicam nescio? Nescio verò? Quid si me scire docuero?

Nihil quidem noui adfert Regina Iustitia, quòd ad tuam equidem causam attinet: illud tamen & nouum est, & inauditum, quòd illa summa temeritate in Austriacæ domus opprobriū protulit. Quid hoc quæso? Quid autem? Quasi ipse melius non nouisses, quàm ego qui quæro. D. inij. puto, quo maiestas Cæsaris læditur. Profectò siue tu, siue quisquis alius, autor extitit illius probri, homo non tā leuis & temerarius quàm omni supplicio dignus est. Quid verò hanc notam in alios transfundis, cùm suspicio te planè haud parua notet? Res tua agebatur, deq; tuis originibus, & Cæsare aduersæ parti opitulante: hinc vt Cæsarem vicissim notares, hanc calumniam in medium attulisti. O insignem impostorem, ô de- *Obiectio.* *Responsio.*

O detestandam criminationem, tu mihi rem imposfis Nasc, cuius constant iam autores? tu mihi ingeris tanta impudentia & procacitate, qđ nemo non nouit falsissimum esse? Galli domui Austriacæ, per multos annos infesti, primi illud probrum commẽti sunt. Vnde ad multos manauit, & in prouerbium quodammodo abijt, vt quoties domũ Austriã cõpellarent, illo scommate vterẽtur: Quod tandẽ ab Agrippa, Mõstero, Rhelingero, Iacobo Sturmio, & Zeellio annotatum est, ac demum per Steinbachium rescriptum: idq́, non vt vlla ratione Cæsar offenderetur, sed vt potius in memoriam reuocaret, quoniam ne suo quidem nomini à malis parcatur, mirum non esse si meum ab eisdem impetatur. Quo sanè argumento aliud non agitur, quàm vt crimen confictum, crimine

Obiectio. Responsio. confitto depellatur. Qui scis, si aut tu non sis autor illius libelli, aut tuo consensu nõ sit scriptus? Quia idẽ illi sæpius me id audiente & refragante solebant in medium proferre: Quin & Truchsus ille ipse, pro quo Zasius nomine Cæsaris egit, idem sępe Schnellio referre. Cęsari à primis annis infensissimus. Deinde manus illorum quod aio cõfirmabit. Itáne? ita verò. Fac autem ego libellum illum composuissem, quid tum postea? Non enim iniuriandi, sed defendendi gratia fecissem. Quo fit, vt Cęsarem semper ab iniqua factione exceperim, & salua maiestate tam Cæsaris, quàm regis omnia peregerim, vt videre est 2. Respons. Brut. Neq́ verò si sapis, aduersus Cæsarem, sed contra Zasium instrumentatorem Regina Iustitia scripta est. Testatur id eiusdem G. 1. Præterea si quid esset, quod vel in suspicionem minimam rapi posit, quóue docere me criminis vllius reum esse, vtiq́ non tanta clementia Cæsar Spiræ libros meos, accepisset, & tanta benignitatę puerum meum audiuisset, atq́ cũ viatico ad me remisisset, multò minus Rhenum Molleri, quem & ipsum suæ maiestati transmisi, quo tota controuersia & vniuersa Scaligerorum series, ditiones, & varia fortuna nostra, pulcherrimo carmine descripta, & cũ Cæsaris priuilegio euulgata est, ęquo animo tulisset. Quæ

Quæstio. Responsio. quidẽ signa apud me sunt summi erga innocentiam meam gratiæ Cæsaris momẽti. Itáne verò summi momẽti? Quid tibi Cęsar rescripsit? Hoc; quod refero. Per quem? Per seniorem suũ cubicularium, Dominum Georgium, Baronem preskauuij, &c. Quid præterea? plura distulit in aliud

Quæstio. Responsio. tempus rescribere: hæc gratia mihi abundè satisfacit. Quid ita distulit? Quia propter multitudinem negotiorum, quibus in publicis comitijs obruebatur, definire rem non poterat:. Maximè verò cùm se rex Poloniæ finitis comitijs esset in finibus regni, aut Vratislaniæ conuenturus, statuit priùs cum eo de negotio conferre, quàm mihi certò & definitè respõdere idcirco decretũ Cæsaris habet, ꝗ illa plura rescribere non potuerit.. Si tibi hæc gratia parua videtur, mihi vtique maxima, maximè quòd aduersarij mei, scilicet Brutenæ factionis homines comitijs interfuerint, & multa tẽtarint, nulliq́ pecunię perceperint, qua me rapere, agere, & prosternere possent: frustra omnia.. Tantum enim abfuit, vt Cæsarem ad sui propositi væsaniam pertraherent, vt etiam me incolumem & Cæsaris gratia fulcitum, vel inuiti ferre, librosq́ue meos

in comitijs Imperialibus, præsente Imperatore, venales spectare, suo magno cum opprobrio coacti sint. Atenim, inquis, quantumuis maxima sit ista gratia tibi, necdum tamen cerno te restitutum Borussiæ esse, necdum proscriptione liberatum. Hæc mora Nase, mihi, non tibi ferenda est, quod enim differtur non aufertur. Deinde bene mecum agi puto, quòd pacatissimæ mentis Cæsaris serenitatem & clementiam, hactenus maleuolorum nebulis obtenebratam, & obtrectationum sibilis ad iracundiam concitatam, obfusumq; ira ipsius animum, & moderationem exasperatam, salutarem demũ existimationem subire videam. Verum enimuerò, inquis, facilè, quàm vera sint quæ ais, ex Principum Electorum Consiliarijs, & in primis Cancellarijs videre est, qui quantum ab opinione Brutena discesserint, tute hoc tuo itinere intellexisti. Maguntinus Cancellarius certè, licet commendatus illi fueris, quid de te sentiat nulla difficultate accepisti: idem haud dubiè & apud alios expertus es, vt interim taceam, quòd, quantumuis vtrunque Electoris & Maguntini & Treuirensis commendatione fulcitus fueris, non tamen obtinueris à Coloniense vt te audiret. Ah lepidulum captiolum, hócne est residuum asylum quo confugias? Quasi verò idcirco sequatur quod contendis: quasi quòd vnus atque alter tuis fraudibus deceptus, pertinacitertuis nugis adhæreat, ideo omnes idem agant. Succesit mihi, laus Deo, apud Maguntinum Electorem Dominum meum clementissimum ex sententia: accedente etiam patrocinio Reuerendi & pij viri Domini Lamberti Aueri sacræ Theologiæ doctoris, & Collegij Societatis Iesu Maguntiæ Rectoris, & aliorum istic optimorum patrum, veluti quibus rei veritas & legatio nostra innotuit. Vtinam autem Cancellarius ille adfuisset, qui in negotijs Principis sui abesse coactus fuit, proculdubio tuis fucis cognitis, vltrò tibi valedixisset. In eadem enim opinione & clarissimus vir D. Ioannes VVimphellius Treuirensis Cancellarius erat: vbi porrò rem & legationem ipsam atq; originalia ipsa, quæ illi in hoc negotio ostendi perlegisset, è vestigio in partes meas concessit, & meam causam Electori Treuirensi domino meo benignissimo commendauit: id quod iam antea quoque, verè nobilis & optimus vir Dominus Philippus à Nassau, eiusdem Electoris Consiliarius, visis eisdem documentis summa humanitate præstitit. Quibus omnibus eo nomine quantas maximas animus meus capere potest, ago & habeo gratias perpetuas atq; sempiternas. Ita vides mihi apud vtrunq; Electorem optimè successisse, velut à qbus clemẽtissimè & susceptus & auditus, & dimissus sum. Quod ad Coloniẽsem Electorem attinet, & ipsum Dominum meum suspiciendissimũ, sua Celsitudo paratissima fuit me benignissimè audire, ita tñ vt id fieret pſentibus Cõsiliarijs. Cùm autẽ ab Electorib. prædictis, semotis arbitris auditus fuerim, idemq; me etiã ab hoc obtinere posse putârim, neq; sciuerim eam huic Principi esse consuetudinẽ, vt neminẽ solus audiat: ac ideo oblatã illã benignissimã suæ C. grogensioné, qua me siue Bruvvilli, siue Coloniæ audire proposuerat,

Obiectio.

Responsio.

Obiectio.

Responsio.

Quomodo Scaligero apud Electores successerit.

Spũs quorũ tutelæ cũcti mortales, vt pulcherrimè Orig. suo loco declarauit, cõmissi sunt, à quibus nimirũ indesinẽter protegãtur, defendãtur, mũdẽtur, & ab omni incursu diaboli muniãtur, vigilãtes, dormiẽtes, ac vbicunq; fuerint: & in omni tribulatione & angustia, auxiliũ Dei mortalibus implorẽt: & cùm de corpore mortali educũtur, nõ permittũt illos à malignis spiritib. terreri, neq; in foueã desperatiõis deduci, sed bonos spũs illis associãt, illosq; pducũt ad visionẽ Dei, vbi & ipse & illi vnà cũ omnib. sanctis lætari ppetuò valeãt. Qui ergo huic spiritui morẽ gerit, spiritualis homo nuncupatur, cui spiritualia dona & charismata nõ possunt nõ esse semper obuia. Qui aũt hunc spiritũ nõ audit, carnalis est, cui carnalia cõtinuò obuersantur. Talis homo nõ pcipit ea, q̃ spiritus sunt: sed iudicat diabolica esse, sicut de Christo & Paulo iudicatum à carnalibus hominibus legimus. Neque verò fieri potest vt Satanas Satanam eiiciat, quia diuideret regnum suum, & propè esset desolatio regni sui. Quis porrò ignorat diabolum Ecclesiæ Catholicæ infestissimum esse? Quomodo igitur illius vnitatem defendet? Spiritus igitur qui vnitatis est, nequaquam esse potest pluralitatis, nequaquam malus, nequaquam coactus. At spiritum meum ad vnitatẽ Catholicæ ecclesiæ spectare iam nulla difficultate intellexisti. Quapropter minimè censendus est malignus. Nam q tu spiritum familiarem coactum illum per exorcismos & inclusum intelligis, vehementer deliras. Talis nanq; spiritus non intelligit ea quæ Dei sunt, neque promouet, q̃ Catholicæ ecclesiæ conducunt. Nullus ẽm spiritus coactus bonus est, boni etẽm nõ coguntur, nõ includũtur, sed p angelicũ spiritũ, hominibus spiritualib. associãtur. Quocirca toto cælo aberras, & in spiritũ sanctũ peccas, cùm ea tribuis malignis spiritibus, q̃ Deo diuinisq; spiritibus tribuere debebas: atque ita spiritũ Dei blasphemas, cùm opa ipsius Sathanę attribuis. Ego quidẽ mihi eam sanctitatẽ nõ arrogo, vt merear illã perfectionẽ, qua spiritib. illis sanctis associari valeã: neq; aio mè infusiõe illa frui, qua rerũ diuinarũ cognitio Apostolis infusa est. i. momẽtanea & immediata, sed eã possideo, q̃ sæpè iteratis actib. magno labore, & cõtinua diligẽtia cõstat. Si tu quoq; magis libris q̃ liberis, magis scripturis q̃ poculis, magis patribus q̃ venationibus, magis concilijs q̃ ancillis incũberes haud dubiè & tu eundẽ spiritũ familiarẽ tibi facillimè cõciliares. Vis scire quis hic meus familiaris spiritus sit? Sex partib. cõstat huiusce mei spiritus familiaris corpus: scilicet, Biblijs sacris, cõcilijs Catholicis, Canonib. sanctis, veterũ hæreticorũ notitia, ex eãq; nouorũ depulsiõe, historiarũ exacta cognitione, sanctorum patrũ & doctorũ Ecclesiæ Catholicæ cõtinua lectione. Si tu tale corpus tibi adaptaueris, id certè vltrò familiarẽ spiritũ recipiet, tibiq; illũ efficiet familiarissimũ. Talẽ spiritũ me habere, nõ hæc saltẽ Oratio, verũ etiã oĩa scripta mea testãtur. Facessant ergo iã tuę ineptię: facessat petulãtissima lingua, qua bonos consectaris: facessat morbus iste procacitatis quo vti cõsuesti: facessant deniq; mores tui quibus vnumquenq; æstimare soles. Itaque, vt tandem ad te reuertar, Neopiste, perspicuè satis iam apparet nullam vel suspicionem minimam vllius criminis in me

ferre posit. Proscriptionis miserum nomen illud, & omnis acerbitas Costkani temporis, quid habet quod nō maximè sit insigne ad memoriam crudelitatis? opinor pœnam in probos, honestos, Doctos & pios nominatim sine iudicio constitutam. Hanc vos Pont. Opt. Max. Patres beatissimi, iudicio atque autoritate vestra hominibus præfractæ frontis potestatem dari patiemini, vt proscribere possint quos velint? ad vos est Asylum & confugium vltimum oppressis, cùm ab ijs destituuntur, à quibus merito leuari deberēt. Quare autem, quid sit aliud proscribere, velitis, iubeatis, vt Paulus Scaliger, qui ad Rhomanæ Ecclesiæ doctrinam instaurandam ablegatus est, in Borussiane sit, bonaque ejus vt mea sint? Hoc plebiscitum est? hæc lex? Hæc rogatio est? hoc vos pati potestis? Hoc ferre rex & Episcopi, vt singuli ex Catholicis singulis versiculis è Borussia tollantur? Equidē hausi vnus pro omnibus illam indignissimam calamitatem, iam perfunctus sum, nullam vim, nullum impetum metuo, expleui animos inuidorum, placaui odia improborum, saturaui etiam perfidiam & scelus proditorum: Denique de mea caussa, quę videbatur perditis hominibus ad inuidiā esse proposita, iam omnes vrbes, omnes ordines, omnes cœlites atque homines iudicauerunt. Vobismetipsis, beatissime pater, sanctissime senatus, & vestro ordini, pro vestra autoritate & sapientia consulere debetis. Nam cùm tam moderatè iudicia populi sint à maioribus constituta: Primum vt ne pœna capitis cum pecunia coniungatur: Deinde, ne nisi prædicta die quis accusetur, vt ter ante magistratus accuset intermissa die, quàm mulctā irroget aut iudicet: quarta sit accusatio trinum nundinum, prodita die, qua die iudicium sit futurum: cum multa eiam ad placandum atque ad misericordiam reis concessa sint. Deinde exorabilis populus, facilis suffragator pro salute: Denique etiam si qua res illum diē aut auspicijs, aut excusatione sustulit, tota causa iudiciumqúe sublatum est. Hæc cùm ita sint, in re vbi crimen est? vbi accusator? vbi testes? quid indignius, quàm qui neque adesse sit iussus, neque citatus, neque accusatus, de eius capite, liberis, fortunis omnibus conductos, & sicarios, egentes & perditos suffragium ferre, & eam legem putare? At si hoc de me potuit, quem honos, quem dignitas, quem caussa, quem Princeps, quem Resp. tuebatur: quid tandem futurum est ijs, quorum vita remota ab honore populari, ab hac illustri gratia est? Date hanc licentiam Neopistis & intuemini paulisper animis iuuentutem, & eos maximè qui imminere iam cupiditate videntur in aliquam & maximè Ecclesiasticā potestatē: collegia medius fidius Ecclesiastica tota reperientur hoc iure firmata, quæ coēant de hominum locupletissimorum, pietate & eruditione præditissimorum bonis, contributione præsertim populari, & spe largitionis oblata hodie funditus euersa & solo æquata. At quid tulit legum scriptor peritus, callidus? Velitis, iubeatis, vt Paulo Scaligero aqua & ignis interdicatur. crudele, nefarium, ne in sceleratissimo quidem ho-

T mine

mine feruidum sine iudicio. Non tulit vt interdicatur. Quid ergo? vt interdictum sit. O portentum, ô scelus. Hanc tibi legem Canitzius, hanc coniuratio Truchsa, conspiratio Brutena scripsit spurciorem lingua sua, vt interdictũ sit, cui non sit interdictum. Monachastrelle noster, bona venia, quoniam iam dialecticus es & hoc quoque liguris: quod factum non est, vt sit factum: ferri ad populum, aut verbis vllis sanciri, aut suffragijs confirmari potest? His tu scriptoribus, his consiliarijs, his ministris omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimis, me perdere, Ecclesiam Rhomanam oppugnare, eiusque doctrinam à Borussia prohibere contendis? Neque tu eras tam excors, tamque demens, vt nescires hos hęreticos schismaticos, & tyrannos esse, qui contra Rhomanam religionem, contra leges facerent, & alios esse, qui leges scribere, qui sententiam ferre solerẽt. Sed neque eorum, neque cæterorum, in quibus esset aliquid modestiæ, cuiusquam illis potestas fuit. Neque illi leges condere poterant, neque sententiam pronunciare, neque iudicem adhibere quem vellent. Postremò me in prædæ quidem societate mancipem aut prædem socium extra suorum gladiatorum numerum, aut denique suffragij latorem, in ista sua proscriptione quenquã nisi furem, aut sicarium reperire potuerunt. Talium tamen tu buccinator, tu protector, tu propugnator, contra tuam Monasticam professionem, contra tuum iusiurandum, contra votum pietatem, & Rhomanæ ecclesiæ obedientiam? repudiatus certè victusque discessisti. Proscriptio ista huiusmodi verbis est scripta, vt seipsam dissoluat. Est enim quod Paulus Scaliger falso se alienæ genti inseruerit & perduellionis reus sit, si igitur se inseruit, reus illius criminis fit, tum est rogatio: si nõ inseruit non est reus, nulla est. Satis ne tibi videtur à iudice & vniuersæ Europæ senatu iudicatum, me non modo non ementitum esse alienæ gentis nomen & autoritatem, aut quicquam aduersus Reip. vtilitatem machinatũ, sed etiam præcipuũ Scaligeræ gentis hęredem existere, & vnum post conditum Ducatum Borussiæ diligentissimè principi paruisse, & commodum Ducatus procurasse. Quot modis doceo proscriptionem istam, quam vocas, nõ esse proscriptionem? Quid? si etiam pluribus de rebus vno sortitu retulisti, tamẽ ne arbitraris, id quod Thruchsa factio, & Brutena coniuratio suis corruptelis, artibus & technis non obtinuerint, id te posse tuis nugis, tuis imposturis, tuis conuicijs, & facinorum laruis obtinere? Tulerunt illi de me ne reciperer, nõ vt exirem, quẽ illi ipsi non poterant dicere, non licere esse in Borussia. Quid enim dicerent? damnatum? certè non. Expulsum? qui licuit? sed tamen ne id quidem est scriptum vt exirem, qui necdũ redieram pœna est qui receperit: si rediero. Eiectio nusquam est. Verum sit. Quid operum publicorum exactio, quid nominis conscriptio Thruchso? num aliud videtur esse, quàm bonorum meorũ direptio? Præterquam quod ne id quidẽ per legem feudi vt Thruchsus sibi curationẽ ferret, facere potuit, cum totũ id ad principem, si quid commisissem, ipso iure redire deberet.

Quid

Quid si omnia per vim ablata sunt? Tamen né lex stant quicquam iure gestum videri potest, quod per vim gestum esse constet? Nonne verò hæc vis est. Legatum absentem indicta & incognita causa proscribere imploranti ius non reddere? ad abluenda crimina locum postulanti negare? vitam pro sua innocentia interponenti, nullas aures adhibere, omnem iustitiam, omnémque æquitatem adimere? recusare diem dici? renuere agi more institutoq; maiorum? arcere præsentem, sustinere paratum? Sanè eam causam probare non est necesse, cius tâta bonitas est, vt ea ipsa non modò se, sed etiam me absentem ipse probarit. Non tantùm vis inaudita, & incredibilis, sed crudelitas incomparabilis fuit, quàm (vt eos præterea quos tanta vesania trucidarunt, relegarunt, egerunt in præceps, diripuerunt, prædati & populati sunt) in ipsum me meosq; adhibuerunt: qui cùm eorum omnium crudelitati scelerique abessem, ne absens quidem luctu meo sentes illorum satiare potui. Domesticos meos vexauerunt, raptauerunt, omni crudelitati lacerauerunt, quorum fletus assiduus, sordesq; lugubres illis iucundæ fuerunt, quos per insidias toties interficere cupiuerunt. Quoties verò ego, cuius mœror, squalor incredibilis & inauditu omnibus mortalibus miserabilis videtur, ex illorum ferro ac manibus sum elapsus? Nihil dicam, quod parietibus meis, tectis, columnis, postibus, piscinis, pratis, agris, subditis, horrificum quoddam & nefarium omni imbutum odio bellum intulerunt.

Hanc ego vim, Pontifices, Optimi Maximi, Senatus sanctissime, hoc scelus, hunc furorem, propter Ecclesiæ Rhomanæ commodum, omnémque impetum discordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quæ inueterata compresso odio atque tacito iam erumpebat, excepi: in me vno tyrannorum faces iactæ manibus sceleratis, in me omnia, quæ ego quondam retuderam, coniurationis nefaria tela adhæserunt. Legimus clarissimos viros Rhomanæ vrbis se in medios hostes ad perspicuam mortem pro salute exercitus iniecisse: ego pro salute Ecclesiæ Rhomanæ dubitarem? Itaque infractus illorum furor, inanes impetus facit. Omnem enim vim omnium sceleratorum acerbitas mei casus excepit: non est in tam immani iniuria, tantisque ruinis nouæ crudelitati locus. Paulus VVobeserus vir nobilis & singulari virtute atque prudentia præditus est proximus. Quid ageret, non erat: vt qui modus omnibus moribus fuerat, idem esset iniuriæ. Hunc inuisum per honorem turpissimum, me per honestissimam calamitatem persequuntur. Hæc calamitas (si ea est appellanda) excussit hoc genus totum maledicti, ne quisquam tam audeat reprehendere genus meum, tot, tantis, tam ornatis iudicijs, testimonijs, autoritatibus comprobatum: Quòd si in isto suo maledicto probrum non modò mihi nullum obiectant, sed etiam laudem illustrant meam, quid illis aut fieri aut fingi dementius potest? Sceleríne suum, meum probrum putant esse oportere? Quid enim, Pontifices, debeo

dicere? peccati me conscientia in has miserias proiectũ esse? At id quod mihi crimini dabatur, non modò peccatum non fuisse cernitis, sed videtis rem post natos homines pulcherrimam, & Ecclesiæ atque Reipub. vtilissimam. Quid ergo impedire potest, quo minus mihi ius, quo minus bona mea & fortunæ reddantur? quo minus hac iniquissima proscriptione exoluar? quo minus legatio mihi commissa promoueatur? quo minus religionis Rhomanæ ratio habeatur? illa in Borussiam reducatur? instauretur? Totum id Patres, vestro iudicio continetur. Nam si vobis res ista, commodum & incrementum Ecclesiæ, innocentiaque bonorum ordi est, id quod in omni Ecclesiæ causa, & tuenda piorum salute semper studijs, consilijs, autoritatibus, sententijsque fecistis: video & me, & religionis Rhomanæ doctrinam, planè, ac sentio. Borussiæ restitutum iri. Sin mea bona, meum ius, meæ fortunæ non modò mihi non redduntur, sed etiam monumentum præbent inimicis doloris mei, sceleris sui, publicæ calamitatis: quis erit, qui hanc rem è re Ecclesiæ potius quàm pœnam, quàm exitium sempiternum putet? In conspectu præterea totius Rhomani Imperij & Christiani orbis innocentia mea est Patres, in quo si manet illud non monumentum Ecclesiæ Rhomanæ, sed sepulchrũ Neopistico & inimico nomine inscriptum, demigrandum potius erit omnibus bonis aliquò ad barbaras etiam gentes, quàm habitandum in eo orbe, in quo trophæa de innocentibus & Ecclesia ipsa videam cõstituta. An vllus piorum tantam aut animi duritiem habere, aut oculorum impudentiam possit, vt cuius orbis, cuius Ecclesiæ seruatores fuerint, in ea possint intueri doctrinam deprauatam & labefactatam hæreticorum vesania, & innocentiam euersam non ab inimico suo, sed ab hoste communi: & ab eodem extructam, & positam in oculis Ecclesiæ, ne vnquam conquiescere possit fletus bonorum? Simonis Magi Samaritæ insania Ecclesiam perturbantis à Petro complanata est: Colarbasæorum, & Valentini atque Marci flamma ab Irenæo extincta: Menandri, Basilidis, Saturnini, Carpocratis, Corinthi, Ebionitharum, Nicolaitarum, Cerdonis, Marcionis, Tatiani, Gnosticorum, Ophitarum & Corniorum vesania ab Ecclesia memorabili supplicio repressa: furor Arrij pœna comprobatus est. Nestoris, Euticetis & Dioscori facinus non tam euersum quàm memoria & nomine loci notatum: Pelagij, & id genus aliorum hæreticorum temeritas etiam diuina vltione sopita atque sepulta. Quam igitur maiores nostri sceleratis ac nefarijs hominibus & hæreticis maximam pœnã constitui posse arbitrati sunt, eandẽ boni & pij viri subibunt & sustinebunt? vt apud posteros nostros non extinctores hæresum coniurationis & sceleris, sed autores & duces fuisse videantur? Hanc verò Patres, labem turpitudinis & tyrannidis poterit Rhomanæ Ecclesiæ dignitas sustinere viuo Pont: Opt. Max. senatu & collegio Cardinaliũ amplissimo vobis principibus publici cõsilij? vt qua pœna sontes & euersores ecclesiæ Catholicæ afficiũtur, eadẽ insontes oppresso senatu, & custodes Rhomanæ

Ecclesiæ.

Ecclesiæ doctrinæ atq; instauratores afficiātur, idq; ad memoriā omniū mortalium sempiternam: quā memoriam pro amore quē habetis in Ecclesiam Catholicā, & semper habuistis, non modò sententijs, sed si opus esset manibus vestris disturbare cuperetis, nisi quem fortè illius castissimi Monachi nefaria impostura deterret. O, rem, quā homines soluti & liberati ridere non desinunt: tristiores autem sine maximo dolore audire non possunt. Thruchsanè factio, quæ ex Borussia religionem Rhomanæ Ecclesiæ eripuit, hanc instaurare voluit: Hanc, inquam, etiam quidā ex vobis, qui sunt Antistites cæremoniarum & sacrorum autorē habent & magistrum publicæ religionis: O Deus immortalis (vos enim hæc audire cupio) Thruchsa factio, q̄ præsules Poloniæ tuentur, vestra sacra curat: vestrum numen horret: res oēs humanas religione vestra contineri putat: hæc non illudit autoritati vestræ: nō vestra Patres grauitate abutitur: ex istius ore religionis verbū excidere aut elabi potest: cùm illo eodem ore & senatum, & religionem vestrā impurissimè teterrimeq; violarit. Aspicite, aspicite patres, homines religiosos, qui sedem Rhomanā, collegium, senatum, religionē, templa, aras, focos, cœlites quoque ipsos subiectos esse volunt libidini suæ: qui in vos concitati irruerunt, quos impetu perculerunt. Horum furor eò magis ab auribus vestris repellendus est: qui quæ maiores nostri religionibus tuta nobis & sancta esse voluerunt, ea isti non solùm contra religionē labefactârunt, sed etiā ipsius religionis nomine euerterūt. At q̄ religio est: Bonā esse oportet, quando quidē est ab illis dedicata. Libertas, inquiūt. Eā isti ergo in Borussia collocârunt, quam ex tota Sarmatia, ex tota Germania, Galliaq; ipsa sustulerūt: Isti cùm collegas suos, summa potestate p̄ditos, negarēt liberos esse: cùm in Borussiā aditus esset apertus nemini: cùm clarissimos viros, summis populi beneficijs vsos, consulares & singulari bonitate & modestia p̄ditos, quos satis mirari, quibus oculis satis adspicere audeāt, nō queo, audiente populo Borussa à carnificibus trucidari iuberent: cùm indemnatum exturbarent priuilegijs tyrannicis irrogatis: cùm principem Borussiæ inclusum continerent: cùm forum armatis cateruis perditorū hominum possiderent: libertatis simulacrum in Borussia collocabāt, quæ res erat ipsa iudicio illorum crudelissimi dominatus, & miserrimæ populi Borussi seruitutis: Eúmne potissimum libertas Borussia, & domo sua debuit excludere, qui nisi fuisset, in seruorum potestate Borussia tota venisset: Hanc vos, patres, tam variam, tam nouā in omni genere volūtatem, impudentiā, audaciam, tyrānidem cōprobabitis: Videte quid statuatis in mea causa de omnium fortunis. Videte procellam Ecclesiæ, turbinem ac tempestatem pacis atq; ocij, quæ quod in naufragio Borussiæ, tenebris offusis, demerso populo, euerso atque eiecto senatu diruerit, ædificarit, religione omni violata, Reipub. tātum nomine contaminarit, inq; ea monumentum deletæ Reip. collocârit ad libidinum notā, ad dolorē bonorum omniū, sublatoq; meo nomine inciderit, id sperat

religiosse, prò vestris cæremonijs, atq; templis perditissimorum hominũ furori atq; ferro: & si iterum cùm ex mea contentione interitus bonorũ omnium quæreretur, vos sum testatus, vobis me ac meos commendaui, meiq; ac meum caput ea conditione deuoui, vt si & eo ipso tempore, & antè dum à latere, à consilijs Duci essem, commodis meis omnibus, emolumẽtis, præmijs prætermissis, cura, cogitatione, vigilijs omnibus, nihil nisi de salute Ecclesiæ Rhomanæ, & Reip. Borussiæ laborassem, tũ mihi iure aliquando reddito, & fortunis meis restitutis liceret frui: sin autem mea consilia Ecclesiæ Rhomanæ & Borussiæ non profuissent, vt perpetuum dolorem auulsus à meis sustinerem: denique si Deo immortali, si vobis, si vniuerso clero, si cunctæ Ecclesiæ Rhomanæ & Catholicę, gratum & iucundum meum studium, meum laborem, meam diligentiam, meamq; legationem intelligitis esse: quęso obtestorq; vos Patres, vt me, qui pro innocentia pugno, pro Ecclesiæ Rhomanæ autoritate & religione etiam vita interposita cum Neopistis decertare non dubito: nunc, quoniã Princeps Borussiæ, & vniuersa Europa ita definiuit, autoritate quoque vestra, cui nefas est resistere, perficite apud Regem Poloniæ serenissimum, vt ius mihi reddat, meamq; innocẽtiam Borussiæ restituat, atque in fortunis & sedibus meis istic collocet: quam gratiam & benignitatẽ ego vicissim omni studio & officio per omnem meam ætatem demerebor: id quod multis nostris (vt ex adiecto Catalogo videre est) scriptis necdum in lucem datis, quæ in Ecclesiæ Rhomanæ commodum & vtilitatem, antea quod sciam à nemine præstita, confeci, aliqua ex parte, abundè tamen satis me præstitisse puto. Dixi.

PAVLI SCALIGERI EPISTOLA CENSORIA AD LECTOREM.

Peræprecium duxi, candide Lector, antequam ad Orationis huius lectionem animũ adhibeas, te admonere, vt cognoscas me eam solius veritatis susceptæ gratia & non in vllius mortalis aut contumeliam, aut opprobrium in lucem dedisse: nec vllũ mortalium ea accusari, nisi factionem Thruchsani, & coniurationem Brutenam. Per factionem autem Thruchsani intelligo hominum quorundam vilissimorum, eorumque paucissimorum in Borussia vesaniam, quæ me de statu meo (licet frustra: cùm & sententia definitiua Iudicii, & vniuersæ Europæ iudicio, atque omnium populorum legibus & consuetudinibus damnati sint) deturbare contendebant: cuius procurator fuit quidam Albertus Thruchsus à VVetzhausen oriundus ex Franconica nobilitate. Per coniurationem porrò Brutenam intelligo hominum eorundẽ aduersus suum principem nefariam & omni supplicio vindicandam crudelitatem: quæ sola in causa & fuit & est, vt nec ego ius & fortunas meas in Borussia hucusque potuerim recuperare, nec Ecclesiæ Rhomanæ & Catholicæ doctrina & obedientia hactenus istic restitui & instaurari. Quocirca hic palàm coram omnibus & singulis, cuiuscunque status, conditionis, & eminentiæ fuerint protestor, me hac oratione nullius hominis vel honori vel existimationi detrahere, sed hos saltẽ notare & accusare, nimirũ illã factionẽ & cõiurationẽ quã in Borussia æquitati, & legationi meæ restiterũt, eiq; remorati sunt & adhuc remorãtur, salua omniũ reliquorũ fama & existimatione. Præterea optime lector te quoque monendum putaui, ne de Oratione ista priusquam totam percurras, vlla in parte iudicium feras. Nam vt ex Indice in exordio Orationis positi apparet, omnia ordine, quæ hodie in controuersiam vocantur, pertracto. & occasione habita nonnunquam alicuius materiæ obliquè extra

suos limites memini, quæ licet aut obscurior, aut ambigua videatur, suis tamen locis & capitibus ad amussim declaratur: vt videre est ex fol. 114. vbi quædam exempli gratia, quæ Reuerendus in Christo pater D. Theodoricus Buscoducensis sacræ Theologiæ professor celeberrimus, ac conuentus fratrum prædicatorij ordinis Coloniæ Prior, & Apostolicus Inquisitor dignissimus, cuius censuræ & iudicio, & Epist. & Orationem tanquam ordinarij, quantumuis anteà multis Theologis & viris Catholicis ac doctissimis varijs in locis probata fuerint submiseram, diligentissimè annotauit, abundè satis diluuntur. Huic optimo patri est quod pro sua in me propensione, & optima voluntate, habeam & agam gratias immortales. Multum enim officij in me confert, quòd lecta hac oratione, mihi scripto suo ad Excellentem virum D. Theodorum Granimæum tribuat, quod ego tamen mihi haudquaquam arrogare ausim: videlicet summam eruditionem, diligentiam & zelum, quem me habere ergà religionis nostræ profectum, & hæresum extirpationem affirmat, & idcirco me laudibus ad sydera vsque euehendum censet, ac recipit se me aliquando data opportunitate scribendi ad Pont. Opt. Max. suæ sanctitati officiosissimè recommendaturum. Hoc certè officium & studium tanti tamque Reuerendi patris nulla vnquam apud me obliuio delebit. Cæterùm quoniam paulò tardius Epistemon, & Oratio, ac quidem partim, propter legendi difficultatem, excusa, partim, vbi melius legi poterat, scripta, suæ reuerentiæ exhibita fit, vt per angustiam temporis omnia singulatim examinare, & penitius inspicere non potuerit, sed perfunctoriè duntaxat peruuerit, & obiter quædam in Oratione, loco citato diluta, annotauerit, quæ priuatas quasdam opiniones, continere atque cum sententijs communium doctorum & modo loquendi non vsqueadeò conuenire, & multa paucis, pro Orationis capacitate explicari, quæ non ita facilè prima fronte assequi & intelligi possint, sibi viderentur: ideo planè censuram integram tam exiguo tempore ferre de hac oratione & Epistemone formidauit. Licet verò tam Epistemon quàm Oratio alijs & quidē plurimis magni nominis ac doctissimis & catholicissimis viris perplacuerit, quorum etiam consilio, cohortatione, & quoque postulatione eam prelo commisi: tamen cùm tanti patris grauissimum iudiciū omni reuerentia dignum apud me magni sit ponderis, neque ego mihi eam eruditionem arrogem, vt me solum eum esse putem qui errare & labi nequeat: non modò ab hoc patre doctissimo, verumetiā à puero, ab olitoreque ipso admoneri, & rectius sentienti subscribere minimè detrecto. Si quid ergo est in hac Oratione tam fecunda ac multiplici progenie, variarumque sectarum confutatione nobili, aut in Epistemone, quod fortè præter mentem meā, à Rhomanæ & Catholicæ Ecclesiæ doctrina exorbitare, aut quoquo modo deflectere possit, id ego hîc prorsus reijcio, reprobo, contemno, & damno. Quocirca non hanc orationem tantùm, & Epistemonem, sed etiam omnia mea scripta, quæ hactenus vel edita sunt, vel edi debeant, & quoque meipsum iudicio sanctæ Rhomanæ Ecclesiæ submitto: vt quicquid illa probatum, ratum & firmum habuerit, itidem me quoque habiturum: ac quicquid illa remouerit, reiecerit, reprobauerit, atque damnauerit, me quoque remoturum, reiecturum, reprobaturū & damnaturum, ac pro remoto, reiecto, reprobato, ac damnato reputaturum. Vale.

CATALOGVS NECDVM EDITORVM P. SCALIGERI LIBRORVM.

I. Annotationes in vniuersa Biblia, contra omnes hæreticos qui à Christi morte suborti fuêre: quibus nulla difficultate turbulenti huius tempestatis errores sedari & è medio tolli possunt.

II. Precationes ad nitorem Latinæ linguæ accōmodatæ, quib. oia Euangelia totius anni, & Psalmi Dauidis, atq; historiæ oim sanctorum comprehenduntur.

III. Effigies veteris Ecclesiæ, qua Rhom. Ecclesiæ doctrina & cæremoniæ ad oculū demōstrantur primitiuæ Ecclesiæ, & probatis scriptoribus per omnia optimè conuenire.

IIII. Explanatio in Apocalyp. iuxta arithmeticam formalē, qua multa mirabilia, & statuum mutationes ab oculos proponuntur.

V. Libris quinque Mosis vniuersas scientias longè certius doceri, quàm ab vllo hactenus mortalium doctæ sint, ostenditur.

VI. Aduersus Cardani subtilitates, pro Iulio Scaligero, defensio.

VII. Institutiones Philosophicæ, quibus difficultates Peripateticæ & Academicæ deciduntur, & vniuersa Philosophia, quo ad omnes eius partes, declaratur.

FINIS.


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE